VITT. EMANUELE

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
21 A
27

C
13 [illegible]

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

25.6.1

Digitized by Google

BIBL.SEC.COLL.ROM.SOC.IESV*

EXEGESIS

Iuris Ciuilis quo vtimur,

AD METHODVM

INSTITVTIONVM

IVSTINIANI IMPERA-
TORIS CONCINNATA,
&
SECVNDVM TRIA IVRIS
OBIECTA,

*TRIBVS PARTIBVS COM-
PREHENSA,*

*Denuo correctius, auctiuſque in commodum ſtu-
dioſæ iuuentutis edita.*

CVI ACCESSIT DE NOVO EXEGESIS
Iuris Feudalis itemque Canonici:

Authore

MATTHIA STEPHANI I. V. DOCTO-
RE, ET ANTECESSORE IN ACA-
demia Gryphiſvvaldenſi.

FRANCOFVRTI,
Typis Nicolai Hoffmanni, ſumptibus Petri Kopffij.
ANNO M. DCXVII.

[illegible]

[illegible] [illegible]

Nobili & optimæ indolis ſpeique adoleſcenti

BENEDICTO,

Optimi patris,

D. GEORGII

RANTZOVII, DVCIS POMERANIÆ CONSILIARII, ET CAPITANEI HILDENSIS; filio optimo,

S. D.

MILITARIA officia & exercitia armorum, ſunt quaſi propria Nobilium: Sed tamen non ſolum armis, verum etiam legibus decoratos oportet eſſe Nobiles: vt reliquis quoque togatæ & ciuilis militiæ officiis, quæ propter adiunctam Reipublicæ curam & adminiſtrationem in magno habentur honore, ſupereſſe poßint. Et quidem præcipua cauſa Nobilitatis eſt virtus, tum armata, tum togata. Non igitur Natalibus omnia deferri, ſed etiam virtuti locus relinqui debet. Intelligit hoc pro ſingulari ſua prudentia, charißime BENEDICTE RANTZOVI *pater tuus, vere Nobilis: qui idcirco à puero te in pietate, & literis, probe erudiri & informari curauit: vt in timore Dei, in moribus, linguis & artibus proficiens & quotidie accreſcens, aliquando pietate & virtute tua, Deo*

& Reipublicæ, tam bellorum quam pacis tempore vtiliter ſupereſſe & inſeruire poßis, neque patrem, cæteroſque cognatione tibi iunctos de te concepta ſpes fallet.

Cum autem pater tuus optimus vſque huc fauore ſuo me proſecutus ſit: volui ego in ſignificationem beneuolentiæ, itemq; grati animi pro beneficiis mihi exhibitis, aliquid hoc tempore in medium conferre, quod tibi vſui eſſe poßit: inſcribendo & donando tibi hanc iterato editam Exegeſin Iuris, ad methodum Inſtitutionum iuris conformatam, & vtiliores materias, reiectis obſoletis, continentem.

Accipe itaque, mi BENEDICTE *hoc literarium munuſculum, mei erga te amoris, meaque erga patrem tuum obſeruantiæ certißimum & perpetuum argumentum. Et quia vides, te ad ſpem Reipublicæ excitari & erudiri, eam da operam, & ſic eruditum te tandem, cum Deo, oſtende, vt Reſpublica in partibus eius tibi credendis vtcunque feliciter regi atque adminiſtrari poßit. Vale: & Deo, Reipublicæ & patri, imo & toti familiæ tuæ, in vera pietate & virtute accreſce. Annue ô Deus! Scripſi Gryphiſvvaldi 28. Maii, 1616.*

Matthias Stephani IC.

PARS PRIMA

DE PRIMO IVRIS OBIECTO.

Concluſio I.

IVSTITIA eſt conſtans & perpetua voluntas, ius ſuum cuique tribuendi §. *Inſtit.h.tit.l.iuſtitia D.eod.* *De iuſtitia & iure.*

2 Eaque duplex eſt: diſtributiua & commutatiua. Illa pertinet ad honores, pœnas & munera, eaque ad æqualitatem Geometricam reuocat *tot. titul.de munerib. & honorib.*

3 Commutatiua iuſtitia mutuas obligationes moderatur, & in contractibus æqualitatem ſecundum proportionem Arithmeticam conſtituit *tot. tit. de pact. item de rer. permut. l. 1. de contrah. empt.*

4 Ius, quod à iuſtitia deſcendit, definitur ab Vlpiano ex ſententia Celſi, quod ſit ars æqui & boni. *l.1. h.tit.*

5 Iuriſprudentia eſt diuinarum & humanarum rerum notitia, iuſti atq; iniuſti ſcientia *d.l.iuſtitia h.tit.*

6 Iuris præcepta tria ſunt: Honeſte viuere: alterum non lædere: ſuum cuique tribuere §, *iuris Inſt. eod.*

7 Vt vero alios, ita & nos ipſos lædere prohibemur. Nemo enim eſt membrorum ſuorum dominus *l.lib.homo D.ad L. Aquil.*

8 Hinc eſt, quod inferens ſibi violentas manus puniatur capitaliter, ex reſcripto Imperatoris Adriani *in l omne delictum §. qui ſe vulnerauit. de re milit.*

9 Quamuis autem ſuum cuique tribuendum ſit, nihilominus tamen contrahentibus licet ſe inuicem circumſcribere ſiue circumuenire *l.item ſi 22.§.fin.loca.l.in cauſa 16.§ pen.de minorib.l.2.C.de reſc.vendit.*

10 Non tamen ſunt eo ipſo conceſſæ fraudes, prout Cuiatius *d.l.in cauſa* & Iuſtinianus ipſe *d.Nou.97.* vocem NATVRALITER exponit ἐμπορικῶς, quod vetus interpres vertit Negotiatiue, ſiue, vt in commerciis fieri ſolet, quo emtor viliori comparandi, venditor cariori diſtrahendi votum gerentes ad contrahendum accedunt *l.ſi voluntate C.de reſc.vend.*

11 Sed id ita procedit, ſi dolus abfuerit, & læſio nimia non ſit vltra dimidium iuſti pretii facta, quo caſu beneficium *l.2. C.de reſ.vendit.* locum habet,

13 Po-

12 Poſitiones iuris duæ ſunt: Ius n. aliud publicũ eſt, aliud priuatum §. 4. *Inſt. h. t. l.* 1. §. 2. *eod.*

13 Publicum ius eſt, quod ad ſtatum Reipub. Romanæ principaliter ſpectat. Priuatum ius eſt, quod ad ſingulorum vtilitatem principaliter ſpectat §. *fin h. tit.*

14 Adiectio vocis PRINCIPALITER neceſſaria eſt, ne confundatur diſcrimen vtriuſq; iuris. Quæ enim ſingulorum ſunt, per conſequẽtiam & mediate publice vtilia dici poſſunt, cum Reipublicæ expediat, vt locupletes habeat ciues, & quis re ſua bene vtatur §. 3. *inſ. de his qui ſunt ſui vel al. iur.*

15 Præterea illud notandum, publicum dupliciter conſiderari. Publicum enim aliud dicitur, ratione cauſæ efficientis: & finis, hoc eſt, quod authoritate & vtilitate eſt publicum, ſiue quod Reip. adminiſtrationem & vtilitatem principaliter ſpectat, vt conſtitutio legum & magiſtratuum.

16 Aliud dicitur publicum duntaxat ratione cauſæ efficiẽtis, non etiam ratione finis, qui eſt vtilitas priuatorum in rebus ſingulis, Hoc eſt: aliud eſt publicum authoritate duntaxat, id eſt, eiuſmodi publicum, quod non eſt in poteſtate priuatorum, niſi quid arbitrio & voluntati eius ſit relictum, ſed tamen vtilitate duntaxat priuatum, ſiue priuatorum, vt tutela, teſtamenti factio, &c. *Pac.* §. *ἐναντ. q.* 81. *&* 85.

De iure natu rali gentium & ciuili.

17 Præterea ius noſtrum collectum ex naturalib. præceptis, aut gentium, aut ciuilibus: Vnde ius aut eſt naturale, aut gentium, aut ciuile §.*fin. Inſt.h. tit.*

18 Vlpianus definit, ius naturale eſſe quod Natura docuit omnia animantia *leg. 1. §. pen. h. titul.*

19 Non tamen quidquid natura omnia animalia docuit, eſt ius naturale, vt edere & bibere: ſed id ſaltem, quod dictante ſimplici ratione ab hominibus pro iure receptum eſt, & in brutis ſola inclinatione tenus animaduertitur *fac.l.fi.C.de aliment.pup.præſt.*

20 Ex hoc iure venit maris & fœminæ coniunctio, itemq; liberorum procreatio & educatio §.1.*h.tit.*

21 Ideo ſi parens denegauerit liberis alimenta, contra bonos mores facere, & liberos necare videtur.*l. conditiones 9.de condit.inſtit.l.necare 4.de agnoſc.& alend. liber.c.ſi quis dereliquerit 30.diſt.*

22 Ius gentium eſt, quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, idque apud omnes gentes peræque cuſtoditur §.2.*verſ.tit.*

23 Hoc ius conſtituitur partim ſimplici rationis ductu abſque doctrina, & vulgo primæuum, rectius à ratione, vnde profluxit, Rationis dicitur: quo pertinet religio erga Deum: amor parentis & patriæ.

24 Par-

24. Partim è collatione plurium propoſitionum pro vſu & neceſſitatibus hominum ratiocinando ius exſtruitur: Vnde Ratiocinationis nomen inuenit; alias ſecundarium. Huius generis ſunt bella, captiuitates, prȩſcriptiones, & omnes fere contractus *l.4. & 5. de Iuſt. & iur.*

25. Ciuile ius eſt, quod quiſque populus aut quæque ciuitas addendo vel detrahendo iuri communi ſibi conſtituit §.1. *Inſt. eod.*

26. Hæ tres diſtinctæ ſpecies iuris, intelliguntur habito triplici ad hominis naturam & vitam reſpectu. Nam homo interdum vt genus, id eſt, animal cōſideratur, & illo reſpectu ius naturæ illi attribuitur. Interdū vt ſpecies, & illa ratione iuris gentium fit particeps. Interdū vt indiuiduum, vt quia huius aut illius ciuitatis ciuis, & ea ratione ius ciuile conſequitur. Salomonius *in l.1. de Iuſt. & iur.*

27. Conſtat autem ius noſtrum aut ex ſcripto, aut ſine ſcripto. Ius ſcriptum dicitur, non ratione ſcripturæ ſeu picturæ literarum; ſed potius quod publica authoritate, ſanctione quadam conſtitutum, expreſſoque populi cōſenſu receptum eſt §. *conſtat h. tit. l. de quib. de LL.*

28. Scripti iuris ſpecies ſunt, lex, plebiſcita, ſenatuſconſulta, principum placita, magiſtratuum edicta, reſponſa prudentum. §. *reſcriptum autem h. tit.*

29. Harum ſpecierum cum vna vis, & ea diſcrimina ferēdarum legum, aut conſtituendi iuris hodie ſint abolita, non neceſſarium eſt in his ſubtiliter diſtinguendis & definiendis inhærere; quæ & Theophilus clarius explicat *Inſt.tit.de iure nat.gent.& ciu.*

30. Et licet multa earum capita hodie adhuc in libris iuris ſint reliqua, *l.1.§.1.& tot.tit. Inſt.ad L.Aquil.& tot.tit.ad SC.Maced.* Ea tamen non ex priſcorum conditorum exiſtimatione, ſed ex Imperatoris confirmatione, authoritate & edicto iuris vigorem habent. *l.1.§.omnia & §.cum enim l.2.§.tanta C.de vet.iure enucl.*

De legibus & ſtatutis.

31. Hodie in Imperio Romano vniuerſalem legem condit Imperator Romanus, cum aſſenſu & conſilio Statuum Imperii. Vnde etiam leges in Comitiis Imperialibus conditæ appellantur Receſſus Imperii ſiue comitiorum, des Reichs Abſcheide. Vide Gail.1.*obſ.21. num.2.*

32. Legem ſpecialem & localem cæteri inferiores Principes & Status Imperii in ſuis territoriis & prouinciis cum conſenſu tamen Statuum Prouincialium condunt. Coler. *de proceſſ.execut.p.1.c.3.num.6 & ſeqq.* Ord. Cam. *p.1.tit.57.*

33. Quin & horum ſubditis ſtatuta condere licet, iure tamen ſuperioritatis ſaluo: Sic etiam collegia approbata inter ſe ſuper illa,

quæ

quæ ad eorum munus & artem pertinent, ſtatuta condere poſſunt, modo publicæ legi non fiat præiudicium *l.* 1.*l.*3.*de colleg.l.fin.C.de iuriſd.*

34. Cæterum ius, quod à Principe conditur, vocatur conſtitutio. Sunt autem conſtitutiones quædam vniuerſales, quæ omnes tenent, quædam ſpeciales ſiue ſingulares, quæ conſtituuntur de ſingulis perſonis vel cauſis, dicunturq; priuilegia: quorum alia ſunt perſonalia, alia realia. Hæc tranſeunt ad hæredes; illa vero deficiente perſona ſimul deficiunt, nec ad hæredes tranſeunt *l.in omnibus cauſis* 68. *& l.priuilegia* 196.*de reg.iur.l.pen.de relig.*

35. Ius non ſcriptum eſt conſuetudo, nimirum ius tacito populi conſenſu introductum. *De conſuetudine.* Ad introducendam conſuetudinem, præterquam quod ea cum iuſtitiæ regulis ac norma, cum ius ſit, conuenire debeat, precipue requiritur conſenſus populi, frequentia actuum, & diuturnum tēpus *§.ius non ſcript.& ibi interpp.h.t.*

36. Conſuetudo duplex eſt, Generalis & Specialis. Illa eſt, quæ in Regno vel Ducatu aliquo obſeruatur: Hæc eſt, quæ vnius tantum ciuitatis ſiue loci homines obligat *l. de quib. de LL.l.*3.*de ſep.viol.l.*1. *&* 2.*C.quæ ſit long.conſ.*

37. Illud vltimo loco notandum eſt, differre preſcriptionem à conſuetudine, in eo, quod vnus poſſit præſcribere; at vnus conſuetudinem inducere non poſſit. Nunc progredimur ad obiecta iuris.

De iure perſonarum. 38. Omne autem ius, quo vtimur, vel ad Perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Et prius de perſonis videamus: nam parum eſt ius noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa conſtitutum eſt, ignorentur §. *fin. Inſt. de iure nat. gent. & ciu.*

39. Summa itaque diuiſio de iure perſonarum hæc eſt, quod omnes homines aut liberi ſunt, aut ſerui §. 1. *de iure perſ.*

40. Et libertas quidem, ex qua etiam liberi vocantur, eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi aut iure prohibetur *d. loc.*

41. Seruitus autem eſt conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur.

42. Serui vero ex eo appellati ſunt, quod Imperatores captiuos vendere ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent: qui etiam mancipia dicti ſunt, eo quod ab hoſtibus manu capiuntur §. 3. *d. tit.*

43. Præterea ſerui aut naſcuntur, aut fiunt. Naſcũtur ex ancillis noſtris. Fiunt aut iure gẽtium, id eſt, captiuitate: aut iure ciuili, cum liber homo maior viginti annis ad pretium participandum ſeſe venũdare paſſus eſt §. 4. *d. tit.*

44. In ſeruorum conditione nulla eſt differentia. In liberis autem multæ, aut enim ſunt ingenui aut libertini.

45. In-

45. Ingenuus eſt, qui ſtatim vt natus eſt, liber eſt. Et quidem ſi quis ex matre naſcitur libera, patre vero ſeruo, nihilominus ingenuus naſcitur *in pr. Inſt. de ingenuis.* *De Ingenuis.*

46. Nam cum mater ſemper certa ſit *l. 4. de in ius voc.* & in generatione plus operetur quã pater, traditum eſt, partum conditionem matris ſequi debere *l. cum legitimæ D de ſtat. hom.*

47. Quod verum eſt quoad ſtatum: alias enim quoad originem, honorem & dignitatem filii, non matris ſed patris conditio attenditur. Et ex ſolo patre deducitur nobilitas *arg. l. mulieres. 13. C. de dignit.*

48. Atque hinc eſt, quod nobilis matris filius non ſit nobilis, nec gentilitia inſignia matris gerere poſſit, ſi patrem habeat ignobilem Bart. *de inſign. & arm. per text. in l. ius familiarium 8. C. de relig.*

49. Ratio eſt: quia deſcendentes ex fœmina non ſunt de familia eius: & qui naſcuntur, patris non matris familiam ſequuntur *l. familiæ de V. S.*

50. Et id in legitima prole ſibi locum vendicat. Spurii enim & cęteri illegitimi ventrem ſiue matrem ſequuntur *d. l. cum legitimæ & l. lex naturæ 24. de ſtat. hom.*

51. Libertini ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt. Is autem qui ſeruum manumittit ſuum, licet ſerui eius manumiſſi domi- *De libertinis.*

nus eſſe deſinat: attamen ius quoddam in eum retinet, quod ius Patronatus in iure ciuili dicitur *tot.tit.in D.& C.de iure patronat.*

De iure patronatus ſeculari.

52. Id ius patronatus in duobus eſt, in operis libertorum, & in bonis ipſorum *tot. tit. de oper.libert. & de bon.libert.*

53. Operæ ſunt officia patrono à liberto in gratiæ & remunerationis locum pro beneficio manumiſſionis præſtanda, quo pertinet reuerentia patrono debita.

54. Ius patronatus in bonis quod eſt, illud ſpectatur in ſucceſſione patroni, eiuſque liberorum in bona liberti, quod per eminentiam ius patronatus appellari notauit Cuiacius *in paratt. C.de bon.libert.*

De iure patronatus Eccleſiaſtico.

55. Ad ſimilitudinem huius ſtatus, illi qui templa vel ſcholas exſtruunt, eiſque dotem aſſignant, patroni vocantur, quaſi Eccleſiæ illius & Scholæ defenſores.

56. Vt autem hoc ius Patronatus Eccleſiaſticum quis adipiſcatur, oportet eundem non ſolum templa, Oratoria, & alia loca ſacra conſtituere, ſed etiam ſumptus neceſſarios ad Clericorum alimentationem, ac religioſæ domus cuſtodiam conferre *Nou.*78.

57. Quod tamen Pontifices poſtea mitigarunt, vt ex fundo, exſtructione ædificii, & aſſignatione dotis ius Patronatus competeret. ſecundum verſiculum: *Patronum faciunt, Dos, ædificatio, fundus.*

58. Vn-

58. Vnde & tres Patroni in eadem Eccleſia concurrere poſſunt, vnus qui aſſignauit fundum, Alter qui ædificium exſtruxit, & Tertius qui dotem dedit.

59. Hoc ius patronatus eſt in tribus: nimirum in iure honorifico, vtili & oneroſo. Honor conſiſtit in nominatione vel præſentatione præſulis vel Rectoris, quæ Patrono competit, adeo vt ſine hoc inſtitutio fieri non poſſit. Vtile ius conſiſtit in iure exedræ, ſepulchri, proceſſionis, quod itidem Patrono competit. Oneroſum ius eſt, cum Patronus tenetur ad defenſionem & protectionem bonorum Eccleſiæ, ne bona dilapidentur. *c. filius* 16. *q.* 7. Debetur etiam Patrono neceſſarium vitæ ſubſidium ſi egeat. *l. quicunq́ʒ, c. decernimus* 16. *qu.* 18.

60. Cæterum, vt ad priora reuertamur, non cuiuis manumittere licet. Nam qui in fraudem creditorum manumittit, nihil agit; quia lex Ælia Sentia impedit libertatem §. 1. *Inſtit. Qui & quib. ex cauſ.* *Qui & quibus ex cauſis manumittere non poſſint.*

61. Sic eadem lege Ælia Sentia domino minori viginti annis nõ aliter manumittere pmittitur, q̃ ſi vindicta apud conſilium iuſta cauſa manumiſſionis approbata fuerit. §. 4. *Inſt. d. tit.*

62. Poteſt & quilibet omnes ſuos ſeruos teſtamento manumittere, ex conſtitutione Iuſtiniani, cnm alias lege Fuſia Caninia certus modus conſtitutus eſſet in ſeruis teſtamento manumittendis. ***De lege Fuſia Caninia tollenda.***

De iis qui ſunt ſui vel alieni iuris.

63. Sequitur de iure perſonarum alia diuiſio: Nam quædam perſonæ ſunt ſui iuris; quædam alieno iuri ſubiectæ. Rurſus earum quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, aliæ ſunt in poteſtate parentum, aliæ in poteſtate dominorum §. 1. *Inſt. de his qui ſui vel alien iur. ſunt.*

De poteſtate dominica.

64. Poteſtas dominorum in ſeruos tanquã intolerabilis ex Conſtitutione D. Pii Antonini recte coarctata eſt, cum Reipublicæ expediat, ne quis re ſua male vtatur §. *pen. d. tit.*

65. Et hinc communiter à Dd. concluditur: Dominos vel nobiles ob nimiam in ſubditos ſæuitiam amittere iuriſdictionem *l. 1. & 2. D. eod. l. vnic. & ibi Dd. C. de emend. propinq.* Weſenb. *in d. l. § pen.*

De patria poteſtate.

66. Patria poteſtas ideo dicta eſt, quoniam patri tantum, non etiam matri data eſt §. *fœminæ. Inſtitut. de adopt. §. cæteri. Inſtit. de hæred. qual. & differ.*

67. Ius autem poteſtatis patriæ, quod in liberos habemus, proprium eſt ciuium Romanorum: Nulli enim alii ſunt homines, qui talem in liberos poteſtatem habeant, qualem nos habemus, inquit Imperator *in §. ius autem. de patr. poteſt.*

68. Licet vero eadem reuerentia & honor patri & matri debeatur, *tot. tit. de obſeq. parent. poteſt.* cuius imago quædam eſt patria poteſtas, hæc tamen multo illuſtrior per legem

ciuilem effecta eſt, quam quæ fæminis concedi debuerit. Effectus patriæ poteſtatis in ſequentibus titulis & materiis paſſim occurrent.

69. Conſtituitur patria poteſtas tribus modis, Nuptiis, Legitimatione, Adoptione. *De nuptiis.*

70. Primus & quidem potiſſimus modus conſtituendæ patriæ poteſtatis ſunt Nuptiæ ſiue matrimonium *in pr. Inſt. de pat. poteſt.*

71. Matrimonium conſtituendum antecedunt ſponſalia, quæ ob id definiuntur, quod ſint mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum *l. 1. D. eod.* à ſpondendo ita dicta, *l. 2. d. tit.*

72. Nuptiæ autem ſiue matrimonium ſunt viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens §. 1. *Inſt. de patr. poteſt.*

73. Ex eo quod nuptiæ definiuntur, coniunctio maris & fæminæ, intelligimus opus eſſe conſenſu eorum, qui matrimonium contrahere volunt *l. nuptias 30. de reg. iur.*

74. Præterea additur, matrimonium continere indiuiduam vitæ conſuetudinem. Quia eo animo & voto contrahitur, vt nunquam dirimatur *l. 1. de iure dot.* Votum per ſe perpetuum & indiuiduum eſt, ſucceſſus non ſemper idem, cum ſæpe matrimonia ex iuſtis cauſis diſſoluantur. Cuiat. *in notis Inſtit. tit. de pat. poteſt.*

75. Conſiſtit itaq; ſubſtantia matrimonii in mutua coniugali affectione, quæ præter conſenſum contrahentium, itemq; parentum, requirit legitimam perſonarum diſtantiam.

76. Omnino namque requiritur, vt matrimonium nulla lege ſit prohibitum, ratione tum conſanguinitatis, tum adfinitatis.

77. Et quidem inter eas perſonas, quæ parentum liberorumve locum inter ſe obtinent; nuptias contrahi, contra pudorem & ius naturale eſt *§. inter eas Inſt. de nupt.* Parentum a. & liberorũ loco ſibi inuicẽ ſunt, qui ſuperioris & inferioris gradu agnationis continentur.

78. Ex tranſuerſa parentum liberorumve loco ſunt, auunculus, amita matertera. Ex adfinibus tales ſunt, vitricus, priuignus, nouerca, priuigna, ſocer, gener, ſocrus, nurus. Sed iure Pontificio hodie inter collaterales nuptiæ prohibitæ ſunt vsq; ad quartum gradũ incluſive *c. non debet pen. & vlt. de conſan. & adfin.*

79. Hinc intelligitur, quid ſint inceſtæ & inutiles nuptiæ; puta, quæ factæ ſunt inter neceſſarios iure prohibente. Et iure quidem gẽtium vel ciuili. Hinc inceſtarum nuptiarum aliæ ſunt nefariæ, aliæ inceſtæ in ſpecie. Cuiat. *in paratt. C. de inceſt. & inutil. nupt.*

80. Nefariæ nuptiæ ſunt inceſtæ iure gentium, cuiusmodi ſunt inter parentes & liberos in infinitum *l. fin. de rit. nupt.* inter fratres

& ſo-

& ſorores *l. nihil* 54.*l.*14.§. 2.*de rit.nupt.* Ex adfinibus inter vitricum & priuignam, aut priuignæ filiam, inter generum & ſocrum *l.fin. de condict ſine cauſ.*

81. Nuptiæ inceſtæ in ſpecie ſunt nuptiæ inceſtæ iure ciuili, veluti cum ſororis filia, *l.etiamſi.de rit. nupt.* vel nepte cum amita vel matertera magna, hodie & cum fratris filia vel nepte. Cuiat. *ad Nou.* 22. & ex adfinibus cum vxore fratris, & cum vxore ſororis.

82. Hæc ita matrimonium conſtituunt: ſed ſunt quæ conſtituto accedant, vt eſt Dos & donatio propter nuptias.

83. Dos eſt ius in re marito conſtitutum, ad ſuſtinenda onera matrimonii.*l.dotis fructum* 7.*de iur.dot. l.pro oneribus C. eod.* tum à muliere ipſa, tum alio eius nomine conſtitutum. Vlpian. *in fragm. tit.* 6. Alius ille eſt pater mulieris, vel à patre extraneus. *De iure dotium.*

84. Hinc dos ab alio quam à muliere cõſtituta profectitia alia eſt, alia aduentitia. Vlp. *tit.*6 §.*dos autem.* Profectitia eſt dos cõſtituta patre vel parente fæminæ paterno virilis ſexus de bonis vel facto eius *l.profectitia.* 5 *l.pater.* *e iure dot.* Aduentitia dos eſt conſtituta ab extraneo, puta, alio præter patrem vel parentem irilis ſexus *l.vn.* §.*accedit ei C. de rei vxor. act.*

85. Vti autem dos adfertur ad virum à muliere, ita donatio propter nuptias datur *De donatione propter nuptias*

vxori à marito reſpectu dotis in compenſationem eius *l. cum multæ C. de donat. ante nupt. De quo inferius ſuo loco dicitur*. Tantum de primo modo.

De legitimatione.

86. Alter modus conſtituendæ patriæ poteſtatis eſt Legitimatio, qua liberi naturales efficiuntur legitimi.

87. Legitimationis hodie duo modi ſunt; per ſubſequens matrimonium, & Reſcriptum Principis.

88. Per ſubſequens matrimonium; ducta nimirum in vxorem fæmina, ex qua naturales liberi ſuſcepti ſunt *l. cum quis & ſeq. C. de natural. liber.*

89. A Principe; ſi ad petitionem legitimationis Princeps reſcribat, & naturalem faciat legitimum, *Nou. 89. cap. 9.*

De Adoptionibus

90. Tertius modus eſt Adoptio, quæ eſt legitima hominis liberi in locum filii electio.

91. Huius ſpecies ſunt, Arrogatio & Adoptio in ſpecie *§. 1. Inſt. eod.* Arrogatio eſt adoptio hominis, qui eſt iuris ſui *d. §. 1.* Adoptio in ſpecie eſt eius, qui eſt in patria poteſtate *d. §. 1. & l. eod.*

De vnione prolium.

92. Adoptioni ſimilis eſt vnio prolium, quæ eſt pactum de mutua ſucceſſione liberorum ex diuerſis matrimoniis ſuſceptorum & ſuſcipiendorum liberorum à coniugibus factum; quoipſo itidem quis efficitur filius,

qui

i in rei veritate non eſt filius. Gail. 2. *Obſeru.* 5.

93. Forma huius pacti ex cuiusq; regio- & ciuitatis ſtatutis colligi debet: maxime nen requiritur, vt ii de quorum coniun- one agitur, conſentiant, dummodo eius itis ſint, vt conſentire valeant. Deinde vt in præſentia parentum, cognatorum, tuto- n vel etiam curatorum, qui dicere debent, profutura ſit vnio illa, an vero nocitura: mque coram magiſtratu ſiue iudice com- enti. Gail. *d. loc.*

Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur.

94. Videamus nunc quibus modis con- uta patria poteſtas rurſus diſſoluatur atq; ittatur. Quod fit morte tam naturali quam ili, item dignitate, ea nimirum quam ius reſſit, vt per eam patria poteſtas ſoluatur. in & emancipatione & adoptione patria eſtas diſſoluitur *tot. tit. Inſt. Quib. mod. ius poteſt. ſolu. & ibi interpp.*

95. De adoptione ſciendum eſt, eam cau- eſſe diſſoluendæ patriæ poteſtatis tunc, ndo quis aſcendenti vt auo proauo in ad- ionem datur; non etiam ea, quando quis doptionem datur extraneo §. *ſed hodie. Inſt. dopt.* §. *ſed etſi pater. Inſt. Quib. mod. ius pat. po- ſolu.* quamuis eo modo patria poteſtas nsferatur potius, quam tollatur, §. *ſed hodie de adopt.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

96. Pone itaq; quod pater det in adoptionẽ filium ſuum auo paterno vel materno, hoc caſu: Auus paternus vel maternus conſequitur patriam poteſtatem in filium adoptatum. Et ſic adoptio reſpectu aui eſt modus acquirendæ patriæ poteſtatis: at reſpectu patris naturalis, qui per adoptionem cedit patriam poteſtatem auo, adoptio eſt modus amittendę patriæ poteſtatis.

De expoſitione infantũ. 97. Expoſitione infantum patria poteſtas quoque diſſoluitur, ſi pater liberos infantes exponi & abiici curauerit *l.2.C.de infant.expoſ.& ibi* Cuiat.

De tutelis. 98. Sequitur nunc alia diuiſio perſonarũ. Nam ex his perſonis, quæ in poteſtate non ſunt, quædam vel in tutela ſunt, vel in curatione, vel neutro iure tenentur. Videamus ergo de his, quæ in tutela vel curatione ſunt: ita enim intelligimus ceteras perſonas, quæ neutro iure tenentur. Ac prius diſpiciamus de his quæ in tutela ſunt.

99. Tutela eſt vis ac poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui per ætatem ſe defendere nequit iure ciuili data ac permiſſa §. 1. *Inſt.& l.1.D.h.tit.*

De his qui tutores teſtamẽto dari poſſunt. 100. Tutela eſt triplex: Teſtamentaria, Legitima & Datiua. Teſtamentaria tutela eſt, quæ datur à parentibus liberis impuberibus, quos in poteſtate habent §.*permiſſum.eod.l.1.de teſtam.tut.*

101. Poſ-

101. Poſſunt dati tutores non ſolū patres-
amilias, ſed etiam filiifamilias *h.§.n.* cum ni-
irū tutela ſit munus publicum, in quo patria
oteſtas non attenditur: idq; adeo verum eſt,
t filiusfamilias etiam patrem tutelæ, ſiquidē
ominatim in eam conſenſerit, peculiotenus
bligare poſſit *l. filiusfam.* 7. *D. de adminiſt. tut.*

102. Legitima tutela eſt, quæ defertur à
ge. Dicitur a. legitima, nō quod teſtamētaria
t datiua, nō etiā ſint legitimæ, *l. lege* 130. *de V.S.*
d quia ſoli legi innititur, nec à diſpoſitione
ſtatoris aut iudicis autoritate pendet. *De legitima tutela.*

103. Defertur tutela proximis agnatis,
uando nimirum aliquis teſtamentum non
ecit, vel fecit quidem, ſed tutorem non dedit,
ut is, quem dedit, mortuus eſt.

104. Agnati ſunt, qui per mares coniun-
ti ſunt: quemadmodum cognati ſunt, qui
er fœminas coniuncti ſunt.

105. Sed hodie iure nouell. ſublatum eſt
iſcrimen agnationis & cognationis, conſtitu-
umque vt agnati cum cognatis ſuccedant, &
mul etiam ad tutelam admittantur, dummo-
o lege non prohibeantur, neque exceptione
ompetente vtantur *Nou.* 118. *c.* 5.

106. Ceterum cum in aurea bulla Caroli
V. §. *inter ſolicitud.* expreſſe cautum ſit, vt pro-
imus agnatus tutor & adminiſtrator ſit Ele-
toralis heredis impuberis minoris 18. annis,

quæritur, An hoc ius agnato proximiori per teſtamentum auferri poſſit?

107. Quod rectius negatur. Ratio eſt, quia Electoratus, quem teſtator ſuo iure non habet, ſed legis beneficio, munus legis eſt: tum quia agnatus ius illud dignitatis lege quæſitum ſibi habet, quod ſine ſuo facto non amittit, *l. id quod noſtrum* 11. *de R.I. l. ius publicum* 38. *de pact.*

108. Et ex his patet, quod licet tutela teſtamentaria prior ac potior ſit tutela legitima, ita vt quamdiu teſtamentaria tutela ſperetur, eo vsque ceſſet tutela legitima agnatorum, id tamen non obtineat in Electorũ filiis.

109. Vbi hoc notandum eſt, illud quod in dicta conſtitutione aureæ Bullæ ſpecialiter de Electorum filiis diſpoſitum eſt, vt eorum tutela ad proximum Principem agnatum dũtaxat ſpectet; id ad aliorum Principum non Electorum tutelam extendi non poſſe.

110. Vnde concluditur, ex diſpoſitione iuris communis, in tutela Principis pupilli nõ Electoris matrem ad filii pupilli tutelam admitti poſſe & debere, excluſo Principe agnato proximo, ſi in teſtamento à patre tutrix data ſit, ſcilicet vt penes eam ſit adminiſtratio, aliis nihilominus adiunctis contutoribus, præſertim officialibus & conſiliariis, *l. ſi mater* 6. ibi Bald. *ad SC. Velleianum.*

111. Cete-

11. Ceterum ius agnationis, reſpectu cu- *De capitis diminutione.*
agnato proximo competit tutela, amitti-
capitis diminutione, quæ eſt prioris ſtatus
mutatio. *Inſt. eod. in princ. l. 1. D. eod.*

112. Eſtque triplex: Maxima, Media, Mi-
na. Maxima eſt cum libertas, Media eſt
n ciuitas, Minima cum familia amittitur. §,
4. *Inſt. de cap. dimin.*

113. Dignitatis itaq; & exiſtimationis pri-
io ſtatũ non mutat, vt ſi qs ſenatu mouetur.

114. Non ſolum autem agnatis, ſed & pa- *De tutela patronum.*
nis defertur tutela libertorum impuberum
ege 12. tabularum: nam cum patroni iis eo-
nque liberis defunctis ſuccedant, ad ſimili-
inem ad tutelas libertorum quoque vo-
tur, per regulam: vbicunque ſucceſſionis
s eſt, ibi & onus tutelæ eſſe debet. § *fin. h. tit.*
i ſentit. de R. I. in 6. quæ tamen regula fallit in
nina, *l. 2. de R. I.*

115. Poteſt tamen tuela fungi Mater &
ia, accedente iudicis confirmatione, & re-
iciatione SC. Velleiani, quod ad ſecunda
a non velit tranſire. *Authent. Matri & Auiæ*
Quado mul. tutelæ offic. fung.

16. Quod attinet ad tutelam patrono-
, parentum, fiduciariam: Hæ tres tutelæ
litia noſtra receſſerunt, cum manumiſſio
eruitus, item emancipatio maxime impu-
um in deſuetudinem abierit.

117. Sequitur datiua tutela, quæ datur deſtituto pupillo tam teſtamentario quam legitimo tutore.

De Attiliano tutore. 118. Et quidem hodie quilibet magiſtratus conſtituit tutores liberis parentibus orbatis, qui & eorum periculo tutelam ſuſcipiunt, vt niſi idoneam cautionem exegerint, ipſi in ſubſidium teneantur, & conueniri poſſint.

119. Magiſtratui tamen lex dare tutorem permiſit non indiſtinc̃te, ſed ſecundum ſuam iuriſdictionem, ita vt ſi tutor datus ſub iuriſdictione dantis non fuerit, datio inutilis ſit, quod extra territorium ius dicenti impune non pareatur *l.fin.de iuriſdict.*

120. Si tamen pupilli bonis vel moribus ex aliena prouincia vel ciuitate tutor præficiendus videatur, iſtius loci magiſtratui nomen tutoris per literas mutui compaſſus (vt vocãt) mittatur, neque arbitrium tutoris dandi ab eo, qui ius non habet, ſponte vſurpetur. *l. Diui 24.D.de tut.dat.*

121. Effectus tutelæ duo ſunt, Rationis redditio & Autoritas. Redditur tutelæ ratio poſt pubertatem, hoc eſt, finita tutela, nimirũ iure ciuili *§.fin.h. tit.* Sed ex conſtitutione Carolina quotannis adminiſtrationis rationem reddere coguntur.

De authoritate tutorii. 122. Autoritas eſt approbatio eius, quod agitur cum pupillo. Cuiac. *in paratt.D.eod.C.eod.*

123. Dif-

123. Differt autoritas à conſenſu: quando
uidem autoritas ad pupilli perſonam inte-
randã facit, eſt pars actus ipſius ſolennis: ſed
onſenſus ad perſonæ integrationem non fa-
t, ſed ad contractus confirmationem, nec eſt
ars actus ſolennis. Weſenb. *in parat. D. eod. n. 5.*

124. Et quidem autoritate opus eſt ſtatim
ipſo negotio ſeu actu, in omnibus è quibus
utua obligatio oritur: in reliquis opus non
t. Nam ſuam conditionem pupillus melio-
m facere poteſt, etiam ſine tutoris autorita-
. *Inſt. eod. in princip. l. obligatio l. pupillus. de acq. rer.*
m. l. contra iuris. de pact.

125. Excipiuntur tamen tres caſus, vt hæ-
ditatis aditio, bonorum poſſeſſio, & fidei-
ommiſſum *§. neq; eod.* idq; propter metum pe-
culorum. Solent enim huiuſmodi obuentio-
es rerum multis controuerſiis eſſe implicitæ,
ſæpe præſtet eas negligere quam auide ſe-
ari *l. minoribus. De minor.*

126. Non autem tutor in rem ſuam au-
r fieri poteſt: quare ſi inter ipſum & pupil-
m iudicium agendum ſit, in locum eius cu-
tor dabitur: qui iudicio peracto curator eſſe
eſinit § *fin. h. t. l. 1. C. de in lit. dan. cur.*

127. Conſtituta tutela finitur pubertate maſculis poſt 14. annum completum, in fœ-
inis poſt 12. §. 1. *Quib. mod. tut. fin.* *Quibus modis tutela finitur.*

128. Morib. tamẽ noſtris ita obſeruatur, vt

tutores habeant pupilli vsque ad annum 25. ex Conſtitutione Carolina in der Policey-ordnung *tit.* 11. §. 1. *&* 2. Electorum tamen filii ſub tutela poſt annum 18. completum eſſe deſinunt ex aurea bulla Caroli I V.

129. Præterea finitur tutela arrogatione, deportatione, ſeruitute, captiuitate, exiſtentia conditionis, itemque certi temporis, capitis diminutione, remotione facta à iudice ob crimen ſuſpecti, & iuſta excuſatione *h. tot. tit.*

130. Non tamen pupilli tutelam egreſſi confeſtim ſuæ fiunt poteſtatis, ſed tam maſculi puberes, quam fæminæ viri potentes vsq; ad 25. annum completum curatores accipiunt *l.* 3. §. 3 *de minor.*

De curatoribus.

131. Licet autem de iure inuitis adoleſcentibus curatores non dentur, niſi ad litem: hodie tamen ſecus eſt, cum inuiti etiam vsque ad annum 25. ſub tutela & cura retineantur.

132. Quia licet puberes ſint, adhuc tamē non ſunt eius ætatis, vt negotia ſua tueri & adminiſtrare ipſi poſſint *in princ. h. tit.*

133. Sane Principum filii poſſunt anno 20. ætatis, ab Imperatore impetrare veniam vel complementum ætatis: quo ipſo curatoribus ſubeſſe deſinunt, & ad adminiſtratio-

nem

m habiles efficiuntur *tot. tit. C. de his qui ven. t.impe*

134. Dantur autem curatores hodie ntaxat à magiſtratu. Sane & teſtamento idem curatores dantur, verum non aliter, am ſi decreto prætoris vel præſidiis confirntur.

135. Quin amplius non ſolum adoleſcē, ſed & furioſi quoque & prodigi, itemque nte capti & muti & ſurdi, quamuis maiores ;, tutores & curatores accipiunt §. 4. *h. t.*

136. Verum non ſufficit pupillis tutores curatores datos eſſe, ſed magiſtratui innbit, vt ab ipſis ſatisdationem exigat.

De ſatisdatione tutorũ vel curatorum.

137. Satisdare autem dicuntur tutores uratores, quando per ſolennem ſtipulation rem pupilli vel adulti finita tutela aut a ſaluam fore ita cauent, vt datis hoc none fideiuſſoribus ſecuri fiant *l.* 1. *qui ſatisd. ntur.*

38. Non tamen omnes ſatisdare cogun: Nam ex teſtamento dati, item cum inſitione, ſatisdatione non onerantur *in ṫ.h.tit.*

39. Sed hodie ex Ordinatione Politiæ . V. ſatisdatio præſtanda eſt ab omnibus oribus, teſtamentariis, legitimis & dati- etiam ex inquiſitione datis, antequam

adminiſtrationem tutelæ vel curæ aggrediantur.

140. Ceterum cum tutela ſit munus publicum, omnes eam ſuſcipere tenentur, niſi habeant iuſtas excuſationis cauſas *l.2. C.ſi tutor vel curator falſis allegationibus.*

De excuſationibus tutorũ vel curatorum.

141. Eiusmodi cauſæ recenſentur à Iuſtiniano *in h. tit.* Numerus liberorum ſuperſtitum aut pro patria mortuorum, item adminiſtratio rerum fiſci, abſentia reipublicæ cauſa: Poteſtas coniuncta cum dignitate: lis cum pupillo: Numerus tutelarum: Paupertas: Morbus: Inimicitiæ capitales: Ignorantia literarum ſimplicitati coniuncta: Ætas: Militia: Liberalium ſtudiorum profeſſio: Controuerſia ſui ſtatus, &c.

De ſuſpectis tutoribus vel curatoribus.

142. Denique à tutela qui remouetur, ſuſpectus eſt, ſiue ſit tutor teſtamentarius, ſiue legitimus, ſiue datiuus.

143. Dicitur autem quis ſuſpectus, qui non ex fide tutelam gerit.

144. Et quidem hæc accuſatio ſuſpecti patet omnibus, vt etiam mulieres propenſa pietate in pupillum ductæ ad eam admittantur §.3.*h.tit.*

145. Pœna ſuſpecti hæc eſt, vt remoti ex dolo infames fiant, remoti vero ob negligentiam non item §.*ſuſpectus h. tit.*

146. Pen

146. Pendente autem conditione de ſu-
cto ſufficitur tutori ſuſpecto curator, qui
miniſtrat. Et ſi lite pendente humanitus
quid ei contingat, iudicium ſuſpecti fi-
nitur, nec quicquam ad heredes
tranſit §. 8. *h. t.*

FINIS OBIECTI PRIMI.

* * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *

PARS SECVNDA
De
SECUNDO OBIECTO IVRIS; NIMIRVM, DE REBVS.

I.

SVperiori diſputatione de iure perſonarum vidimus: modo tractemus de rebus, quæ vel in noſtro patrimonio vel extra patrimonium noſtrum habentur. §. *Inſt. de rer. diu.*

De rerum diuiſione.

2. Quædam enim naturali iure communes ſunt omnium; quædam publicæ, quædam vniuerſitatis, quædam nullius, pleræque ſingulorum. *d.* §. 1.

3. Communes res ſunt, quarum vſus & proprietas communis eſt omnium gentium, à quibus etiam poſſunt acquiri, vt aer, aqua profluēs, mare, littora maris. *d.* §. 1. *& l.* 2. §. 1. *eod.*

4. Publicæ ſunt, quarum vſus publicus & communis eſt, proprietas vero nullius priuati, ſed alicuius gentis aut populi, cuiuſmodi ſunt flumina, portus, ius piſcandi, ius nauigandi, vſus riparum. §. 2. §. 4. *h. tit.*

5. Res vniuerſitatis ſunt, quæ non ad

omnem

nem populum alicuius regionis, ſed ad ci-
atem aliquam, vel ad corpus, vel ad colle-
ım aliquod ſpectant, vt theatra, ſtadia, baſi-
a, curia, forum. §. *vniuerſitatis d. tit.*

6. Et quidem illæ res, quæ in vſu publico
ıt alicuius ciuitatis, vt ſingulorum vſui ſer-
nt, ſunt proprie dictæ res vniuerſitatis, *l.* 2.
. *Ne quid in loco publ.*

7. Reliquæ res, quæ exſtant in patrimo-
ı publico, vſuq; eius priuato, vti vectigalia,
rrea, prædia, cellæ vinariæ, fundi, agri, ſyluæ,
. quæ itidem res vniuerſitatis dicuntur, ſed
n proprie. Ea namq; omnia dicuntur bona
ipublicæ, *l. inter* 17. *de V. S.* & non vniuerſita-
iure, ſed vt res ſingulorum poſſidentur.

8. Nullius autem res ſunt, res ſacræ, & re-
oſæ & ſanctæ. Quod enim diuini iuris eſt,
ıullius in bonis eſt. *§. nullius Inſt. d. tit.*

9. Sacræ res, quæ ad miniſterium ipſius
i, vel mediate vel immediate ſunt dedicatæ
ıti ædes ſacræ, vna cum ſuo loco & area,
n libri ſacri, vaſa Sacramentorum vſui de-
ıientia, veſtes Sacerdotales, & aliæ quæ do-
iorum appellatione comprehenduntur §.
a d. tit. Sanctæ res ſunt, quia ſanctione qua-
n legis, commercio hominum exemptæ, &
ıerſus eorum iniurias munitæ ſunt, veluti
t, leges, legati, muri, portæ ciuitatum. *l. ſacræ
proprie. D. & §. ſancta Inſt. de rer. diuiſ.*

10. Religioſæ res ſunt, quæ priuato alicuius facto & authoritate religioni, h.e. Sepulturæ dicantur. Ac religioſa dicuntur loca, in quæ mortui inferuntur, à relinquēdo ſic vocata §. *religioſum d.tit.l.in tantum 6.* §. *religioſæ. eod.*

De acquirendo rerum dominio.

11. Atque ita hactenus de rebus, quæ extra patrimonium noſtrum ſunt: In patrimonio ſiue in bonis noſtris ſunt res priuatæ ſiue ſingulorum, vt quæ in ſingulorum dominio ſunt § *ſingulorum.Inſt.h.tit.*

12. Dominium eſt ius dominādi cuiq; rei iure patrimonii. Idq; vel rei ſiue proprietatis vel iuris, quod eſt rerum incorporalium.

13. Proprietatis dominium eſt, quo res ſeu ipſum corpus cuiusque proprium exiſtit *l. 4. de rei vend. l. 5. ſi vſuſ. pet. l. 10.* §. *2. de acq. rer. dom.*

14. Idque rurſus duplex eſt, verum ſiue reuera exiſtens, & quaſi, quod cum reuera non ſit, eſſe tamen creditur *arg.* §. *ſi quis à non domino Inſt. eod.*

15. Vtrumque vel plenum vel minus plenum. Dominium plenum eſt, plena in re poteſtas, rei nimirum proprietas cum vſu coniuncta §. *vlt. Inſt. de vſuf. l. fæminæ* §. *illud C. de ſec. nupt.*

16. Minus plenum eſt, quod ab vſu ſeparatum eſt: aliis directum dicitur, cui vtile op-

: opponitur, quo continetur quidquid iu-
s alteri in alieno conceditur *d. l. fœminæ.*

17. Dominium iuris eſt, quo ius quod-
am proprium eſt, idque triplex vulgo con-
ituitur, ſeruitutis, poſſeſſionis, obligationis
.æque §. item ſeruiana Inſt. de act.

18. Dominium ſeruitutis habet vſufru-
tuarius, & cui aliqua realis ſeruitus conſtitu-
ı eſt *l. 1. de vſuf. d. §. æque.* Poſſeſſionis domi-
ium habet vaſallus, *c. 1. in quib. cauſ. feud. amitt.*
nphyteuta *l. cum ſatis C. de agric. & cenſ.* ſuper-
ciarius *l. 1. & 2. D. ſuperfic.* Obligationis domi-
ium habet hypothecarius creditor *§. item ſer-
ana. Inſt. de act.* item creditor Pauliana actio-
e acturus, & patronus ob alienationem in
audem factam *§. item ſi quis in fraudem.* vbi
V eſ. Inſt. de act.

19. Acquiritur dominium aut iure gen-
um, aut iure ciuili. Illud cum ſit antiquius
: cum humano genere proditum, de eo prius
gendum eſt.

20. Modi ergo ex hoc iure acquirendi
æcipui ſunt, Rei apprehenſio & acceſſio:
orum illi rurſus vel in occupatione vel in
aditione.

21. Occupatio eſt apprehenſio rei iuſta,
la apprehendentis voluntate conſtans, quæ
rſus diſpeſcitur in occupationem ſpecialiter
: dictam, & captiuitatem.

22. Occupatio in ſpecie eſt rerum, quæ nullius ſunt, alicuius tamen eſſe poſſunt, quæ conſideratur dupliciter, vel in venatione vel inuentione.

23. Venatio eſt occupatio animalium, quorum natura fera eſt §. *feræ. Inſt. h.tit.* & hæc vel beſtiarum eſt, vnde venatio in ſpecie, vel piſcium, vnde piſcatio, vel auium, vnde aucupium.

24. Inuentio eſt occupatio rerum inanimatarum, quæ vel nullius vnquam fuerunt, vt ſunt lapilli gemmæ §. *item lapilli d.tit.* vel vt fuerint, eſſe tamen deſierunt, vt ſunt res pro derelicto habitæ §. *pro derelicto d.tit.* hæ enim videntur tradi ei, qui primus occupat. *l. ſi id* 5. §. *id quod D. pro derelict.* huc etiam refertur theſaurus §. *theſauros. eod.*

25. Captiuitas eſt occupatio facta iure belli, quæ duplex, vel hominum vel rerum, & harum tam mobilium, quæ ſtatim capientis fiunt, quam immobilium, quæ principi relinquuntur §. *item ea quæ. Inſt. h.tit.*

26. Traditio eſt apprehenſio rei iuſta, voluntate eius, qui rei transferendæ ius habet, facta §. *per traditionem Inſt. h. tit.* quæ vel vera, rerum ſcilicet corporalum: vel quaſi, rerum incorporalium *l. ſeruus* 43. §. 1. *de acquir. rer. dom.*

27. Acceſſio eſt, qua res aliqua propterea fit

a ſit alicuius, quod illa rei, quæ ſua eſt, ac-
cedat. Eſtque vel naturalis vel induſtrialis.

28. Naturalis acceſſionis duæ ſunt ſpe-
cies. Namque res alia nobis accedit beneficio
vel rei noſtræ, ad quam fætus vel procreatio
animalium noſtrorum, alluuio, alueus à flu-
mine relictus, inſula in flumine nata: vel be-
neficio rei alienæ, ad quam fructus ab vſu-
fructuario & bonæ fidei poſſeſſore percepti
referuntur §. *præterea* §. *quod ſi* §. *inſula* §. *ſi quis* §.
vero Inſt. h. tit.

29. Induſtrialis acceſſionis ſpecies eſt, in-
ædificatio, implantatio, ſatio, textura, pi-
ctura, ſcriptura, ſpecificatio §. *cum in ſuo &* §.
. §. *ſi Titius* §. 33. *Inſt. eod.*

30. Eſt & alia adhuc rerum diuiſio à
Caio propoſita, qua res aliæ dicuntur corpo-
rales, aliæ incorporales *tot. tit. de reb. corp. &*
incorp. *De rebus corporalibus & incorporalibus.*

31. Corporales ſunt, quæ ſua natura tangi
poſſunt, vt fundus, homo, veſtis. Incorpora-
les ſunt, quæ tangi non poſſunt, neque ocu-
lis corporeis cernuntur, ſed mente & intelle-
ctu percipiuntur, qualia ſunt ea, quæ in iure
conſiſtunt, vt hereditas, obligationes &c. §. 1.
2. *Inſt. h. tit.*

32. Huc etiam ſpectant iura prædiorum
tam vrbanorum quam ruſticorum, quæ & vo-
cantur ſeruitutes, *d.* §. 1. *&* 2.

De ſeruituti bus ruſticorũ prædiorum.

33. Definitur ſeruitus, quod ſit ius in re aliena alteri conſtitutum, quo dominus, quod huic alteri commodum ſit, aliquid aut pati in ſuo, aut in ſuo non facere cogitur. Donell 9. *comm.cap.* 21.

24. Eſtque vel realis vel perſonalis. Realis eſt, ius prædii quo ei prædium alienum ſeruit: quæ diſpeſcitur in ſeruitutem prædiorum ruſticorum, quæ ruſtico prædio vicino debetur: & vrbanorum, quæ vrbano debetur *tot. tit. Inſt. de ſeruit.*

35. Seruitutes prædiorum ruſticorum ſunt Iter, actus, via, aquæ ductus, aquæ hauſtus, pecoris ad aquam appulſus, ius paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ *d. tit. Inſt. de ſeruit.* vbi omnium & ſingularum ſpecierum definitiones recenſentur.

36. Seruitutes vrbanorum prædiorum ſunt, ſeruitus oneris ferendi, tigni immittendi, proiiciendi, protegendi, altius tollendi, officiendi luminibus vicini, luminum proſpectus, altius non tollendi, ſtillicidii, vel fluminis auertendi *Inſt. d. tit. per tot.*

37. Conſtituuntur hæ ſeruitutes tam conuentione inter viuos, pacto ſcilicet & ſtipulatione, quam ſuprema voluntate §. *vlt. Inſt. de ſeruit.*

38. Conſtitutæ ſeruitutes hæ amittuntur remiſſione, confuſione, non vtendo per

r modum & tempus, *tot. tit. quemadm ſeru. itt.*

39. Seruitus perſonalis eſt ius perſonæ, io perſonæ res aliena ſeruit. eius tres ſunt ecies: Vſusfructus, vſus & habitatio. *Inſt. d. tit.*

40. Vſusfructus eſt ius re aliena vtendi iendi, ſalua eius ſubſtantia. Hinc patet umfructum proprie eſſe in iis rebus, quæ ſo vſu non conſumuntur *in princ. Inſtit. de uf.* *De vſufructu.*

41. Nam quæ res vſu diſpereunt, neque turali neque ciuili ratione vſumfructum recipiunt, vt ſunt vinum, oleum, frumentum. tilitatis tamen cauſa à ſenatu harum rerum iproprius eſt introductus vſusfructus, quem nciliat cautio de re eadem reddenda in gere, aut de æſtimatione rei reſtituenda *l. 1. & q. D. de vſuf. ear. rer. quæ.*

42. Conſtituitur vſusfructus pactionius & ſtipulationibus inter viuos, itemque vlnis voluntatibus *§. vſusfructus Inſt. h. tit.*

43. Finitur vſusfructus morte vſufruuarii, naturali vel ciuili, interitu rei, ceſſione, on vtendo per modum & tempus. *§. fruitur. ſt. d. tit.*

44. Vſus eſt ius re aliena vtendi ad neſſitatem, ſalua eius ſubſtantia. Hic iisem modis conſtituitur ac finitur, quibus *De vſu.*

vſusfructus conſtitui ac finiri ſolet *tit. de vſu & habit. in pr. & fin.*

De habitatione.

45. Vſui ædium ſimilis eſt quodammodo Habitatio, quæ eſt ius habitandi in aliena domo. Hæc tamen potius in facto quam in iure conſiſtit, transferrique in alium poteſt, quo ipſo ab vſu potiſſimum differt. *§. item is qui ædium. Inſt. eod. l. ſi habitatio d. tit.*

46. De rerum acquiſitione iure gentium introducta hucusque. Sequitur de ea quæ eſt iuris ciuilis. Et primo quidem de præſcriptione. Definitur præſcriptio, quod ſit acquiſitio dominii per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti. Huius ſpecies ſunt vſucapio & præſcriptio in ſpecie *tot. tit. Inſt. D. & C. de vſucap. & præſcript.*

De vſucapione & præſcriptione.

47. Vſucapio eſt præſcriptio rerum corporalium *l. 43. de acq. rer. dom. l. 4. de vſurp. & vſuc.* Præſcriptio in ſpecie eſt præſcriptio rerum incorporalium & earum, quæ vſucapi non poſſunt *l. 1. C. de ann. except.*

48. In vſucapione & præſcriptione notentur hæc tria, 1. Tempus, 2. Res, 3. Poſſeſſio.

49. Quod ad tempus attinet, de eo Iuſtiniani conſtitutione ita cautum eſt, vt res mobiles per triennium; immobiles vero per longi temporis poſſeſſionem vſucapiantur *in pr. Inſt. eod.*

50. Lon-

50. Longum tempus ſignificat lapſum
ecennii inter præſentes, & vicennii inter
bſentes: Præſentes vero ſunt, qui degunt in
na prouincia vel territorio: Abſentes qui in
dem prouincia non degunt *l. vlt. C. de longi
mp. præſcript.*

51. Atque ita procedit vſucapio & præ-
riptio, modo ſint res tales, quæ vſucapi aut
æſcribi poſſunt. Quæcumque enim res non
nt in commercio hominum, illæ nec vſu-
pi poſſunt *de quo in §. 2. Inſt. eod.* vti nec res vi
oſſeſſæ, nec furtiuæ *§. nouiſſime d. tit.*

52. Tertio requiritur poſſeſſio, ſiue ve-
illa ſit ſiue quaſi, & quidem ea quæ habe-
r animo domini, & vocatur poſſeſſio ciuilis
. D. pro herede.

53. Præterea poſſeſſio illa debet eſſe con-
nua, hoc eſt, debet perpetuo apud eum per-
anere, qui illam nactus eſt *§. diutina.* Deni-
ıe debet eſſe poſſeſſio iuſta, puta, quoad
ſtum titulum & bonam fidem *§. 1. §. nouiſſi-
e d. tit.*

54. Secundus modus acquirendi iure ci-
li eſt donatio, qui eſt actus, per quem domi- *De donatione.*
um in aliquem ex liberalitate nullo iure co-
nte confertur *l. donari. de reg. iur. l. 29. D. eod.*

55. Donationis duo ſunt genera: alia eſt
onatio mortis cauſa, alia non mortis cauſa,
oc eſt, inter viuos *in pr. Inſt. h. tit.*

56. Donatio mortis cauſa eſt, quæ propter mortis fit ſuſpicionem; adeoque ita fit, vt non niſi morte confirmetur §.1. *Inſt.eod.l.2.l. mortis cauſa* 31.§.*fine l.Senatus* 35.*D.h.tit.* Et interea à donatore pro arbitrio reuocari poteſt *d.* §.1.*h.tit.*

57. Donatio inter viuos eſt, quæ ſine vlla mortis cogitatione fit, ſic dicta, quia adhuc viuo donatore effectum ſuum ſortitur §.*aliæ Inſt.eod.*

58. Et ſic eiusmodi donatio inter viuos non temere reuocari poteſt, niſi forte propter ingratitudinem donatarii in donatorem, vel ſi liberi ei contra ſpem agnaſcantur *l.ſi vnquam l.vlt. C.de reuoc. donat.* §. 2. *Inſt. eod.*

59. Inter donationem, quæ fit non mortis cauſa, refertur donatio propter nuptias, quæ largo modo ſponſalitia largitas & dotalitium dicitur: Germanice Ein Leibgeding oder jegen vermachung/ oder Leibzucht.

60. Eſtque nihil aliud quam donatio, quam facit maritus côniugi ſuæ in fructibus vel penſionibus, quos fructus vel penſiones cum conſenſu agnatorum & confirmatione domini ſuperioris dat & conſtituit, ſi vaſallus eſt.

Quibus alienare licet vel non.

61. Illud autem hoc loco ſubiiciendum eſt, non licere omnibus alienare, licet ii ſint

rerum

ım domini. Nam ſunt quidam, qui rerum
dem domini ſunt, & tamen eas alienare
hibentur: Et vice verſa, quidam domini
ı ſunt, & tamen alienare poſſunt *in pr. Inſt.*
.alien.lic.vel non.

62. Exemplum eſt in marito, qui præ-
m dotale alienane non poteſt, etiamſi do-
nus eius ſit §. 1 *d.tit.* Idem eſt in pupillo, qui
 tutoris authoritate alienare nihil poteſt
. eod.

63. Contra autem creditor pignus di-
here poteſt, nimirum ex pactione facta
n debitore. Et quidem ſi in pactione
tum eſt, quomodo debeat diſtrahi pi-
ıs, id obſeruabitur: Sin minus, ex de-
nciatione poſt biennium creditor pignus
ıdere poteſt *l. vlt. C. de iure dom. impet.* §. 1.
. d.tit.

64. Ceterum acquiritur nobis non ſolum nosmetipſos, ſed etiam per eos, quos in teſtate habemus, vti per ſeruos & liberos: uicquid enim liberis in poteſtate noſtra nſtitutis ex re parentis obuenit, id totum renti acquiritur, vt in peculio profectitio & uentitio.. *Per quas perſonas nobis acquiritur.*

65. In peculio profectitio, quod nimirum re patris ad filium proficiſcitur, pater ha- t & proprietatem & vſumfructum. At in culio aduentitio, quale eſt, quod aliunde *De peculio profectitio & aduentitio.*

conſequitur filius veluti propter matrem, vel à matre & genere materno, vel ex matrimonio, illius proprietas hodie ad filiumfamilias pertinet, ſolus vſusfructus acquiritur patri. In bonis autem his filii emancipati pater dimidiam partem retinet, non dominii ſed vſusfructus §. 2. *Inſt. d. tit.*

66. Hactenus quemadmodum ſingulæ res nobis acquirantur, legatorum autem ius, itemque fideicommiſſorum, vbi ſingulæ res itidem nobis acquiruntur, inferiori loco referemus.

Quib. modis per vniuerſitatem res nobis acquirantur.

67. Videamus itaque nunc quibus modis per vniuerſitatem res nobis acquirantur, hoc eſt, quando per titulum aliquem qui ius vniuerſale conſtituit, res nobis acquirantur §. *fin. Inſt. per quas perſ. nob. acq.*

68. Species acquiſitionis per vniuerſitatem eſt ſucceſſio hereditaria, quæ non tantum ex vltima voluntate, ſed etiam ab inteſtato defertur *Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer.*

69. Ad hanc tamen ſucceſſionem, quæ debet fieri ab inteſtato, perueniri nequit, cum conſtat, defunctum vltimam ſuam voluntatem ante mortem ſuam declaraſſe *l. quamdiu. 89. de reg. iur.*

70. Publice enim intereſt, ſuprema hominum iudicia, vltimasque voluntates ſuum

ſortiri

tici effectum *l.5. D. quemad. teſtam. aper. l.1. C. ſS. Eccl.*

71. Vltimi iudicii vltimæque voluntatis cies potiſſima eſt, Teſtamentum: Exinde am appellatum, quod ſit teſtatio mentis e voluntatis *ſec. Imperat. in pr. Inſt. de teſtam. or. & l.1. D. eod.* *De teſtamentis ordinandis.*

72. Et teſtamentum definitur volunta-noſtræ iuſta ſententia, de eo, quod quis poſt rtem ſuam fieri velit *d.l.1.*

73. Hoc, omiſſa veteri & abolita diſtri-tione, vel perfectum, quod directam he-is inſtitutionem continet, vel imperfe-m, quod ſecus, vt codicilli. Perfectum ſus vel paganum, quod extra militiam à pa-is fit, vel militare, quod in expeditione à ite conficitur. *tot. tit. Inſt. D. & C. de teſtam. & ment. milit.*

74. Vtrumque vel ſcriptura fit vel voce nuncupationem: vnde illud ſcriptum, hoc cupatiuum dicitur *arg. l. heredes palam 21.*

75. Teſtamenti ſolemnis, quod ſcripto icere placet, hodie tria ſunt requiſita: num eſt ſeptem teſtium idoneorum, ſpe-s ad hanc cauſam rogatio ſeu conuocatio *. teſtes Inſt. de teſtam. ordin. l. heredes 21. §. pen.* *De teſtamentis inſcriptis.*

6. Alterum eſt voluntatis coram teſti-

bus facta verbis quibuscunque declaratio, vel ad hoc vt ſcribatur, vel vt ante ſcripta clauſa vel aperta ipſis commonſtretur, & velut ſuprema mentis conteſtatio confirmanda commendetur *l. hac conſultiſſima* 8. C. *qui teſtam. fac. poſſ.*

77. Tertium eſt teſtium conteſtatio, vt nimirum ipſi teſtes teſtamento ſubſcribant, illudque obſignent, non tantum annulo, proprio vel alieno, atque etiam ipſius teſtatoris, ſed &, ſi eius copia non ſit, quolibet ſignaculo alio §. *ſed cum paulatim* §. *poſſunt. Inſt. d. tit.*

78. His ſic peractis, teſtator etiam ipſe ſubſcribet, aut per quendam octauum teſtem ſubſcribi curabit. Eaque omnia vno contextu, h.e. præſentibus omnibus, eodem tempore, & nullo actu alieno interiecto expediantur *d. l. hac conſultiſſima*, & *d.* §. *ſed cum paulatim*. Et hæc de teſtamentis quæ ſcripto fiunt.

De teſtamento nuncupatiuo.

79. In teſtamento nuncupatiuo quædam ſunt cum præcedenti communia, vt teſtium numerus, vt illi rogentur, & ſint idonei, & vnicus teſtationis contextus; Quædam ab eo diuerſa, quæ diuerſitas obſeruatur tum in ſcriptura, quam hoc teſtamentum non deſiderat; tum in nuncupatione, quæ huius ſolius propria eſt *l.* 21. §. *per nuncupationem l.* 29. *C. eod.*

80. Ali-

80. Aliquando tamen teſtamentum e-
modi in ſcripturam à Notario redigitur,
od tamen duntaxat fit ad memoriam &
bationem,& ad eius ſubſtantiam non facit
. l. contrahitur D. de pign.

81. Et hæc de ſolemnibus teſtamentis: *De militari teſtamento.*
ſtamentum minus ſolenne eſt militum, ſi-
militare, quod milites in expeditione vel
acie conſtituti, condunt; absque omnibus
ennibus iuris communis; ſufficit namque
quoquo modo conſtet de militis volunta-
tot.tit.Inſt.de milit.teſtam.

82. Quod ſi autem milites extra militiam
it, hoc priuilegio non adiuuantur, ſed ne-
ſe habent, iure communi teſtari l. 18. C. de
ſc.aud.

83. Sic & milites togati, vti ſunt, Aſſeſſo-
, Aduocati, Procuratores, de peculio quaſi
trenſi iure communi teſtari debent §. ſcien-
.Inſt.eod.l.fin.C.de inoffic.teſtam.

84. Nunc qui teſtamenta facere poſſint, *Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentũ.*
non, videndum eſt. Et quidem in omni te-
mento prius ſpectatur, an is qui fecit, teſta-
nti factionem habuerit l.ſi quæramus 5.h.tit.l.
exigit D.de bon.poſſ.ſec.tab.

85. Poſſunt autem omnes tam maſculi
m fæminæ, niſi ſpecialiter prohibeatur
uis, teſtari Natura vel lege. Natura vel
defectum animi vt impubes, prodigus

item furioſus, vel ob defectum corporis, vt mutus, ſurdus, qui nimirum naturales ſunt *l. 6. §. 1. D. & Inſtitut. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.*

86. Quod ſi per accidens tales facti ſunt; tunc mutus & ſurdus ſimul, vel etiam ſeorſim mutus, ſciens literas, modo articulare loqui teneat, omnino poteſt vltimam ſuam voluntatem declarare *vide l. diſcretis* 10. *C. qui teſtam. fac. poſſ.*

87. Ob defectum corporis teſtari nequit cæcus, niſi teſtetur ſecundum ſolennitatem Iuſtiniani *in l. hac conſultiſſima C. de teſtam.*

88. Lege teſtari quis prohibetur, ob id quod alieno iuri ſubiectus eſt, vt filiusfamilias, ſeruus; vt nec captus ab hoſtibus, vel de ſtatu ſuo dubitans *l. in pr. D. l. 3. §. 1. C. qui teſtam. fac. poſſ. l. 8. D. eod.*

De exheredatione liberorum.

89. Non tamen vt omnimodo valeat teſtamentum, ſufficit hæc obſeruatio, ſed qui liberos in poteſtate habet, curare debet, vt eos heredes inſtituat, vel exheredes eos nominatim faciat: alioquin ſi eos ſilentio præterierit, inutiliter teſtabitur *§. 1. Inſt. de exeheredat. liber.*

De heredibus inſtituendis.

90. Liberos itaq; in poteſtate exiſtentes neceſſario debet teſtator inſtituere heredes, vel exheredare. Poteſt & alios inſtituere teſtator, quoſcunque velit, non tamen neceſſario,

o,permiſſum namque eſt teſtatori inſtitue-
eredes tam libertos homines,quam ſeruos
nſt.de hered. inſtit.

1. Quin & licet heredes inſtituere,quos
ator voluerit,ſiue vnum ſiue plures, etiam
nfinitum, vt ait Iuſtinianus *in* § *& vnum*
d.tit. vbi infinitum accipiendum eſt, non
multitudine, quæ extremis careat,ſed pro
nero incerto, vt qui lege definitus non eſt,
niatur voluntate teſtatoris *fac. l. qui reſtitue-*
3. D. de rer. vendic. l. videamus 4. §. deferre D. de
. iur.

92. Poteſt autem quis in teſtamento *De ſubſtitutionibus.*
plures gradus heredum facere, vt, hic
es eſto: Si hic heres non erit, ille heres
: Si ille non, alius. Et hoc eſt ſubſti-
e: Vnde ſubſtitutio definitur, inſtitu-
eredis in ſecundo vel vlteriore gradu fa-
. ex facto 43. §. Lucius Titius. de vulg. & pup.

3. Eſtque duplex, vulgaris & pupillaris. *De vulgari ſubſtitutione.*
garis ſubſtitutio eſt, quæ fit cuiuis ætati,
eſt, tam puberi, quam impuberi, & tam
aneo, quam ſuo heredi in hunc caſum, ſi
s non erit. V.G. Titius heres eſto:Si Titius
s eſſe noluerit,vel non potuerit,tum Mæ-
heres eſto. Hic ſi inſtitutus adierit heredi-
n, euaneſcit ſubſtitutio *l. poſt aditum C. de*
.ſubſtit.

D

De pupillari ſubſtitutione vera & quaſi.

94. Pupillaris ſubſtitutio eſt, quæ fit tantum liberis. Hæc duplex eſt: Vera pupillaris & quaſi, quam vocant exemplarem.

95. Vera pupillaris eſt, quæ fit liberis impuberibus in poteſtate exiſtentibus, in hunc caſum, ſi heres erit, & intra tempora pubertatis deceſſerit. Puta, filius, meus mihi heres eſto, ſi filius meus mihi heres erit, & intra pubertatis tempora deceſſerit, Titius heres eſto. *in pr. Inſt. eod.*

96. De hac ſubſtitutione dicitur, quod euaneſcat pubertate heredis. Maſculo itaque vſque ad annos quatuordecim: fæminæ vero vſque ad duodecimum annum duntaxat ſubſtitui poteſt, cum eo tempore elapſo euaneſcat ſubſtitutio §. *pen. Inſt. eod.*

97. Quaſi pupillaris ſubſtitutio eſt, quo parentes liberis mente captis, furioſis, in caſum ſi heredes erunt, & in alienatione mentis deceſſerint, ſubſtituunt §. *qua ratione Inſt. h. tit.*

98. Hæc exſpirat protinus atque liberi ad ſanam mentem redierint *d.* §. *qua ratione l. humanitatis C. de impub. & al. ſubſt.*

Quibus modis teſtamenta infirmentur.

99. Teſtamentum ſolenniter factum eo vſque valet, donec infirmetur vel iure ipſo, vel officio iudicis. Ipſo iure infirmantur teſtamenta, quæ dicuntur rupta aut irrita. *in pr. Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.*

100. Rum-

100. Rumpitur teſtamentum, cum in
em ſtatu manente teſtatore, teſtamenti
vitiatur, vel agnatione ſui heredis, vel po-
iore teſtamento perfecto §. 1. §. *poſteriore*
d. tit.

01. Irritum fit teſtamentum per capitis
inutionem: vel ſi heres ſcriptus non ad-
t hereditatem teſtatoris, vel teſtatore ſe-
m interficiente ob metum pænæ propter
ctum imminentis §. *alio autem Inſt. d. tit.*
D. de bon. poſſ. l. ſi quis filio §. eius qui D. de iniuſt.

02. Officio iudicis infirmatur teſtamen- *De inofficioſo teſtamento.*
1, per querelam inofficioſi teſtamenti,
od eſt ſubſidiarum remedium, quo petitur
dice, vt teſtamentum, quaſi contra pietatis
cium ſcriptum, ex efficio ſuo reſcindat *in*
nſt. de inoffic. teſtam.

03. Hæc querela competit liberis inique
eredatis vel præteritis. Itemque parenti-
; nam & hi exheredati vel præteriti à libe-
emancipatis de inofficioſo agere poſſunt
tra eosdem liberos ſuos de caſtrenſi, vel
ſi caſtrenſi teſtantes, & liberos ex ſe non
bentes *l. 1. l. 14. l. 15. D. & C. eod.*

04. Quin & ſorores & fratres germani
onſanguinei, turpibus perſonis heredibus
ptis de inofficioſo agere poſſunt, cæteri
nati cum effectu non agent, ideoque

melius faciunt, ſi ſe ſumptibus inanibus non vexent, *inquit Vlpianus in l.1. eod.*

105. Datur querela contra heredes ſcriptos vel nuncupatos, tam directos quam fideicommiſſarios cuiusque dignitatis *l. Papinianus §. ſi Imperator D. eod.*

106. Et datur ad reſcindendum teſtamẽtum, quod ad heredis inſtitutionem attinet, vel ad conſequendam legitimam, quam quis alia via habere nequit *d.l. Papinianus §. ſi quis impuberi.*

107. Ceſſat querela, ſi à defuncto legitimis heredibus aliquid ſaltem quocunque titulo relictum eſt, etiamſi minus ſit legitima; Nam ſi quid legitimæ deeſt, ad ſupplementum eius agi poteſt, quæ actio 30. annorum ſpacio expirat *Auth. Nouiſſima C. eod. Nou. 18. cap. 1. §. 3. fac. pr. Inſt. de perp. & temp. act.*

De legitima. 108. Eſt autem legitima portio bonorum hereditariorum, quam pater relinquere debet filiis non ingratis. Eaque hodie pro numero liberorum eſt varia: Nam ſi plures erunt liberi, quam quatuor, erit ſemis ſiue dimidium bonorum; Sin pauciores, tertia pars totius hereditatis paternæ *Auth. nouiſſima C. h. tit.*

De heredum qualitate & differentia. 109. Siquidem autem hactenus heredum inſtituendorum facta eſt mentio, notandum eſt, heredes alios eſſe neceſſarios, alios ſuos & ne-

eceſſarios, alios extraneos *in pr. Inſt. de he-*
qualit. & diff.

110. Neceſſarius heres eſt ſeruus heres tutus. Sui autem & neceſſarii heredes , qui in poteſtate teſtatoris tempore tis ſunt, eumque gradu proximo contin-t. Ceteri qui teſtatoris iuri ſubiecti non , extranei heredes appellantur §. 1. 2. & 3. *od.*

11. Sui & neceſſarii olim inſtar ſeruo- hereditatem adire cogebantur; verum llud mutauit Prætor, concedens ipſis ficium abſtinendi; vt ita ex neceſſariis fa-nt voluntarii heredes *fac. l. 57. in pr. de vel omitt. hered.* §. 2. *verſic. neceſſarii. Inſt.*

12. Heredes extranei & voluntarii ha- beneficium deliberandi. Nec ſaltem ex-is datur, ſed nunc etiam ſuis. Verum cum iuris deliberandi ſucceſſit hodie be-ium inuentarii, quo tam extranei quam neceſſarii heredes iuuantur; ſi here-as defuncti plus detrimenti, quam, e-menti adferre videatur *l.* 22. §. 2. C. *de eliber.*

3. Poſt hæc videamus de legatis. Eſt au- egatum donatio quædam à defuncto re- ab herede præſtanda *l. 36. D. de legat.* 2. §. 1. *od.* *De legatis.*

114. Legatorum olim quatuor fuere genera. Verum Iuſtinianus ea ſuſtulit, qui fauore vltimarum voluntatum inductus conſtituit, vt omnibus legatis vna ſit natura: & quibuscunque verbis quid legatum ſit, ad id legatarius agere poſſit *l.* 2. C. *comm. de legat. & fideic.*

115. Et quidem aut actione perſonali ex teſtamento; aut rei vendicatione, & hypothecaria ſeu vtili ſeruiana §. *noſtra autem Inſt. eod.*

116. Legari poſſunt, res propriæ, alterius, pignus, grex, debita facta, optio, dos, fructus, genus, actio, cumque peculio §. 4. *& ſeqq. h. tit.*

117. Conſtituta legata adimuntur aut in eodem teſtamento, aut in alio æque ſolenni ac perfecto; aut in codicillis §. 1. *Inſt. de ademt. legat.*

De ademtione & translatione legatorum.

118. Ademtio vel totum adimit, veluti, non do, non lego: vel alteri ademtum transfert ad alium, vt hominem Stichum, quem Titio legaui, Seio do lego. Plus itaque eſt translatio quam ademtio: cum translatio & ademtionem & dationem in ſe contineat §. 1. *Inſt. eod.* Cuiat. *in parat. D. eod.*

De lege Falcidia.

119. Et ex his breuiter conſtat, quomodo teſtator legata adimat vel transferat: Nunc videndum, quomodo heres ea imminuat, puta,

, per legem Falcidiam, qua heredi licet
ırtam partem defunɖi retinere; nouem
:iis legatariis relictis *in pr. Inſt. eod. l. 73. in fin.*
od.

:20. Non modo autem ex vniuerſo pa-
nonio omnes heredes ſimul detrahere
adrantem poſſunt; ſed etiam ſinguli ex ſua
isque parte §. *& cum. Inſt. eod. l. in ſingulis* 77.
ı ſeq. eod.

121. Sane nihil refert, an poſt teſtatoris
ırtem, & antequam hereditas adeatur, pa-
monium auctum, an vero diminutum ſit.
ıantitas enim patrimonii, mortis tempo-
ſpectatur §. *quantitas Inſt. eod. l. in quantitate*
eod.

122. Sed antequam falcidia deducatur,
ceſſe eſt, vt ante omnia deducantur im-
nſæ funebres, item æs alienum, & quid-
id inuentarii faciendi cauſa expoſitum
; nec non etiam ſoluantur pretia ſeruo-
m manumiſſorum §. *cum autem ratio Inſtit.*
.

123. Nunc transeamus ad fideicommiſ- *De fideicom miſſariis hereditatibus.*
Eſt autem fideicommiſſum ius, quo teſta-
ri oblique per intermediam perſonam ſuc-
dimus, quando is, qui heres inſtituitur,
:r fideicommiſſum rogatur à teſtatore, vt
ereditatem alteri nominato reſtituat, re-

tenta tamen ſibi, ſi voluerit, quarta omnium bonorum §.*inprimis.Inſt.h tit.*

De ſingulis rebus per fideicōmiſſum relictis.

124. Fideicommiſſum eſt duplex: Vniuerſale, qua tota hereditas, vel particulare, qua ſingulæ res committuntur §.*poteſt.* §. *imprimis Inſt.eod.*

125. Ex fideicommiſſis autem cum detrahitur quarta exemplo Falcidiæ, ea vulgo dicitur Trebellianica *tot.tit.D.ad SC.Trebell.* Quod enim in immenſis legatis eſt Falcidia id in immenſis fideicommiſſis eſt Trebellianica. Differtque in eo Trebellanica à Falcidia; quod illa retineatur ex hereditate; hæc vero ex legatis.

De codicillis.

126. Reſtat de codicillis: Sunt autem codicilli, teſtamentum imperfectum, ſiue imperfecta ſupremæ voluntatis noſtræ ſententia, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit, ſcripto, vel voce coram teſtibus quinque conteſtata, ſine directa quidem heredis inſtitutione §.*codicillis.vbi interpp.Inſt.de codicill.l.ſi idem 7.C.eod.*Et hucusque de ſucceſſione ex teſtamento.

De ſucceſſione ab inteſtato.

127. Deinceps itaque dicendum eſt de ſucceſſione ab inteſtato. Ea defertur vel iure ſanguinis & proximitatis; vel ratione aliqua ciuili. Priori modo tribus coniunctorum generibus, liberis, parentibus, & à latere venientibus, *Nou.18.in pr.*

118. Pri-

128. Prima itaque omnium ratio ſit libe-
um, qui vel iure proprio ſuccedunt in ca-
a, vel iure repræſentationis in ſtirpes.
llud l. vt liberis C. de collat. l. 3. C. de ſuis &
t.

129. Succeſſio in capita fieri dicitur, quã
hereditas in tot partes diuiditur, quot ſunt
ccedentium capita. In ſtirpes fit ſucceſſio,
ando integra ſtirps eius duntaxat partem
ipit, in cuius locum ſuccedit, & cuius per-
am repræſentat. Hoc ius Iuriſconſulti vo-
t ius ſucceſſionis; At Dd. nominant ius re-
eſentationis.

130. Si defuncto liberi non ſunt, qui he-
litate potiantur, in ſecundo ordine vocan-
parentes *l. nam etſi 15. in pr. D. de inoff. teſtam. l.*
ptis. 7. §. fin. D. ſi tab. teſtam.

131. In hoc autem ordine qui eiusdem
dus ſunt, æqualiter ad ſucceſſionem ve-
nt: diuerſi gradus ſi qui ſunt, prior gradu
notiorem excludit. *Auth. poſt fratres C. de legit.*
ed.

132. Nullum enim hic repræſentationis
habet locum. Nam contra naturam eſt,
auus repræſentet patrem ſuum filium, tan-
am ab eo genitum *Nou. 118. cap. 2. Auth. defun-*
C. ad SC. Tertyll.

133. Filio tamen ſine liberis demortuo
ccedunt fratres germani, hoc eſt, ſorores &

fratres vtrinqne coniuncti, vna cum patre & matre in capita, ſublata prorſus differentia omni ſexus & patriæ poteſtatis *Auth. defuncto C. d. tit. d. Nou.* 118. *cap.* 2.

134. Mortuis parentibus primi gradus tum ſuccedunt auus & auia: & his non exiſtentibus, vlteriores ſuccedunt defuncto, vna cum fratribus vtrinque coniunctis, in capita; at horum liberi in ſtirpes, ſiue in partem virilem ſui parentis *Nou* 127. *&* 118. *cap.* 2. vbi Cuiat.

135. Vno ex parentibus mortuo, alteroque adhuc ſuperſtite, tunc mortua matre, pater excludit auum maternum, etiam quoad bona, quæ à linea materna ad filium peruenerunt: & contra patre mortuo, mater quoque excludit auum paternum (quandoquidem ſalua debet eſſe gradus prærogatiua) à ſucceſſione filii, etiam quoad bona paterna *d. Auth. defuncto & d. Nou.* 118. *c.* 2.

136. Si non reperiantur parentes, vocantur tertio loco ex cognatorum ordine, qui à latere ſeu ex transuerſo defunctum attingunt.

137. Et quidem primum fratres germani, fratrumque germanorum præmortuorum filii iure repræſentationis, locum ſibi vendicant, ita vt illi in capita, hi vero in ſtirpes ſuccedant *Auth. ceſſante C. de legit. hered. Nou.* 118. *c.* 3.

138. Si

138. Si fratrum liberi ſoli ſunt, illi patruo ccedunt in capita ex D. Caroli Conſtitutio- : Spiræ lata anno 29. ſub tit. Wie Brüder ɔer Schweſter kinder &c. Mynſ.3.*obſ*.94.

139. Germanis, eorumque liberis defi- entibus, conſanguinei & vterini fratres ſo- ɔresque defuncto heredes exiſtunt. *d. Nou.* 8.*cap*. 3.*Auth. poſt fratres.*

140. Quod ſi nulli fratres, nullique ex :atre nepotes exſtent, reliqui collaterales ſuc- edunt, obſeruata tamen in concurſu diuerſo- ım proximi gradus prærogatiua §.*hoc loco Inſt.* e *ſucceſſ. cogn. Auth. poſt fratres* C. *de legit. hered. d.* Jou.118.*cap*.3.*verſ.ſi vero neque.*

141. Et hæc de naturali ſucceſſione trium ɔrdinum. Sequitur ciuilis, quæ ex iuris ciui- is titulo aliquo deſcendit. Eiusmodi nullis :xiſtentibus collateralibus eſt ſucceſſio con- ugum: quod & in ſponſis locum habet, ſi ponſalia ſunt de præſenti. *Auth.præterea* C.*vnde* ɔir *& vxor.&* N*ou*.117.*cap*.5.

142. Poſtremo omnibus his deficienti- ɔus eſt ſucceſſio Fiſci, *l*.1.*& tot. tit*.C.*de bon. va-* :*antib*. niſi is à corpore, cuius pars defunctus fuit, excludatur *l*.1. *& tot.tit*. C. *de hered.decur. &* *ibi* Cuiat, *in parat*.

143. Dicuntur autem bona vacare, quæ iacent propter defectum legitimorum ſuc- ceſſorum, cuiusmodi bona deferuntur ad

dominum territorii illius, in quo ſunt, *de quo alibi.*

144. Ex his itaq; patet, deferri hereditatem vel ex teſtamento, vel ab inteſtato. Sed videmus nunc tertiam obtinere ſpeciem heredum, qui conuentionales dicuntur, propterea quod ita nunc fere moribus inualuerit, vt etiam pactis conuentis detur hereditas, ſed contra ius ciuile, cuius certa eſt ſententia, hereditatem pactis non dari *l.vlt.de ſuis & legit. l.Epiſtola D.de pact.l.pactum quod dotale C.de pact.*

De ſucceſſione conuentionali.

145. Vt maxime contra eiusmodi ſucceſſionis genus receptum eſt hodie in perſonis illuſtribus. de quo Gail. 2.*obſ.* 227. Mynſ.2.*obſ.* 23.*n.* 10. Hotom. *conſil.*1. Et quidem ſolent eiusmodi pacta ab Imperatore confirmari. Gail.*d. loc.*

De bonorum poſſeſſione.

146. Tantum de ſucceſſione ciuili: reſtat ſucceſſio prætorita, quæ dicitur bonorum poſſeſſio

147. Eſt autem bonotum poſſeſſio ius perſequendi retinendique patrimonii, quod cuiusque cum moreretur fuit *l.*3. §.1. *D. eod.*

148. Quæ duplex: Quædam enim competit facto teſtamento, cuiusmodi eſt quæ vocatur contra tabulas, & quæ ſecundum tabulas: quædam non facto teſtamento, cuiusmodi octo enumeratur *§.3. Inſt.eo. l.* 1.*D.quis ordo in bon.poſſ.ſeru.*

149. Ne

149. Ne autem actiones creditorum diſ-
tantur, petendæ bonorum poſſeſſioni cer-
m tempus eſt præfinitum, liberis & parenti-
is annus vtilis; ceteris cognatis centum dies
um igitur. Inſt. eod.

150. Si intra hoc tempus aliquis non pe-
rit, eiusdem gradus perſonis accreſcit, vel ſi
mo ſit; deinceps locus eſt ſucceſiorio edi-
o. §. *& ſi intra. Inſt. eod.*

151. Succeſſorium edictum eſt ius illo-
m gratia; quibus bonorum poſſeſſio de-
tur, introductum, vt in locum eorum, *De ſucceſſorio edicto*
i poſtulationem omiſerunt, ſequentes
cedere poſſint. Sic liberis omnibus omit-
tibus, ad agnatos res redit. *tot. tit. de ſucceſſ.
t.*

152. Modus petendi bonorum poſſeſſio-
hodie non eſt ſcrupuloſus, ſed ſufficit
ocunque modo iudicium ſuum de admit-
tenda poſſeſſione oſtendere coram iu-
dice §. *fin. eod. l. fin. C. qui admitt.
ad bon. poſſ.*

Hactenus de rerum dominiis eſt actum: nunc earum Obligationes ſequuntur.

De obligationibus.

153. Obligatio ab obligando vinciendoque dicta eſt; vnde & definitur, quod ſit iuris vinculum, quo neceſſitate aſtringimur alicuius rei ſoluendæ, ſecundum noſtræ ciuitatis iura *in pr. Inſt. eod.*

154. Ius itaque eſt cauſa obligationis proxima. vt igitur ius, quod authoritatem præſtat obligationibus, vel naturale eſt, quod & gentium vocatur §. *vendita. Inſt. de rer. diuiſ.* vel ciuile; ita quoque obligatio alia eſt ex iure naturali tantum, alia ex iure ciuili tantum, alia ex vtroque.

155. Hinc obligatio non male diuiditur in naturalem tantum, ciuilem tantum, & mixtam, puta naturalem & ciuilem ſimul.

156. Obligatio naturalis tantum, eſt vinculum iuris naturalis, quo quis aſtringitur ad ſoluendum id quod debet naturaliter ſiue ex æquitate *l. Stichum 95. §. naturalis. de ſolut.*

157. Obligatio ciuilis tantum, eſt vinculum iuris ciuilis, quo quis aſtringitur ad ſoluendum id quod debet ciuiliter tantum.

158. Hæc duplex eſt; Quædam enim producit actionem cum effectu exactionis, vt

eſt

t in ſententia transeunte in rem iudicatam, quæ ex veritate habetur. *l. res iudicata D. de reg. r. l. ingenuum D. de ſtat. hom.* Quædam vero licet pareat actionem, exactionem tamen non producit, vt in chirographo ſpe futuræ numerationis dato. Bart. *in l. 1. n. 3. de fideiuſſ.*

159. Naturalis & ciuilis obligatio ſimul eſt, in qua ſimul concurrunt conſenſus contrahentium, æquitas naturalis, & authoritas iuris ciuilis. Idque fit in omnibus fere contractibus vel quaſi, tum nominatis quam innominatis, qui ſunt iuris gentium vel ciuilis; item in delictis & quaſi delictis. Et habent hæ non ſolum actionem, ſed etiam efficacem exactionem *l. vel obligatus D. de liber. cauſ.*

160. Deinde obligatio alia eſt ciuilis, alia vero Prætoria, vbi ciuile ſpecialiter accipitur pro iure, quod Prætorio iuri opponitur, ſiue pro eo, quod non eſt prætorium ius, vt ſunt leges 12. tabb. plebiſcita, SCta, Principum conſtitutiones. Ciuile enim generaliter acceptum comprehendit ſub ſe etiam ius prætorium §. *ius autem ciuile* §. *ſcriptum Inſt. de iure nat. gent. & ciu.*

161. Præterea obligationes quædam ex contractu, vel quaſi; quædam vero ex delicto vel quaſi proueniunt. *Inſt. de obligat.*

162. Sed obligationes contractuum ſub-

diuiduntur: Hæ enim aut Re, aut verbis, aut literis, aut conſenſu contrahuntur §. *pen. & fin. Inſt. eod. & l. 1. de oblig. & act.*

Quibus modis re contrahitur obligatio. 163. Obligatio re contracta tum demum perfecta eſt, quando res tradita acceptaque eſt, etiamſi conſenſus interuenerit. Atq; hinc dicuntur contractus reales, quod abſque rei traditione & acceptione ex iis obligatio efficax non oriatur, quamuis interim nullatenus conſenſu ſint deſtituti.

164. Contractus re initi ſunt; mutuum, indebitum, commodatum, depoſitum, pignus, *tot. tit. Inſt. quib. mod. re contract. oblig.*

De mutuo. 165. Mutuum eſt contractus, quo rem pondere, numero aut menſura conſtantem, quis ita accipientis facit, vt hic eam aliquando non in ſpecie eadem, ſed in genere reddat *l. 1. §. 2. de oblig. & act. l. 2. §. 1. de reb. cred.*

166. Ex mutuo competit actio, quæ condictio certi appellatur §. 1. *Inſt. eod.* item actio mutui *l. neque mutui 5. C. quib. non obiic. temp. long. præſcr.*

De indebito. 167. Indebitum eſt obligatio ex re, qua obſtringitur is, qui non debitum accepit, ab eo qui per errorem ſoluit. Pro repetitione indebite ſoluti, competit actio, quæ exinde vocatur condictio indebiti §. *is quoque. Inſt. d. t. l. cuius per errorem 53. l. cum amplius 84. de reg. iur.*

168. Il-

168. Illud notandum eſt, indebitum re-
ri hoc loco inter contractus reales, reſpe-
effectus obligationis, quæ re conſtat, cum
lebitum non aliter ſolutum eſſe intelliga-
, niſi numeratio realis ſiue ſolutio inter-
ierit.

169. Refertur autem indebitum etiam
quaſi contractus, nimirum ratione cauſæ &
s, hoc eſt, conſenſus: inſpecto ſcilicet initio
d mentem dantis, qui magis diſtrahere vo-
quam contrahere.

De commodato.

70. Commodatum eſt contractus rea-
quo is, cui res gratuito vtenda datur, a-
igitur ad eandem ipſam rem reſtituendam
pecie §. 2. *Inſtit. d. l.* 1. §. 3. *de obligat. &*
Pro ea competit actio commodati *l.*1.*&*
. tit.

71. Differt itaque mutuum à commoda-
Nam mutuum conſiſtit in rebus, quæ vſu
ſumuntur, & pereunt: Commodatum ve-
rebus, quæ vſu non conſumuntur. Dein-
mutuo transfertur dominium rei in mu-
arium, in commodato autem dominium
iet apud commodantem.

De depoſito.

72. Depoſitum eſt contractus realis,
res apud aliquem deponitur cuſtodiæ
, ſub fide reſtituendi. Pro ea competit
depoſiti §. *præterea Inſt. eod. & l.* 1. *D. de oblig.*

E

tenta tamen ſibi, ſi voluerit, quarta omnium bonorum §.*inprimis.Inſt.h.tit.*

De ſingulis rebus per ſideicõmiſſum relictis.

124. Fideicommiſſum eſt duplex: Vniuerſale, qua tota hereditas, vel particulare, qua ſingulæ res committuntur §.*poteſt.* §. *imprimis Inſt.eod.*

125. Ex fideicommiſſis autem cum detrahitur quarta exemplo Falcidiæ, ea vulgo dicitur Trebellianica *tot.tit.D.ad SC.Trebell.* Quod enim in immenſis legatis eſt Falcidia id in immenſis fideicommiſſis eſt Trebellianica. Differtque in eo Trebellanica à Falcidia; quod illa retineatur ex hereditate; hæc vero ex legatis.

De codicillis.

126. Reſtat de codicillis: Sunt autem codicilli, teſtamentum imperfectum, ſiue imperfecta ſupremæ voluntatis noſtræ ſententia, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit, ſcripto, vel voce coram teſtibus quinque conteſtata, ſine directa quidem heredis inſtitutione §.*codicillis.vbi interpp.Inſt.de codicill.l.ſi idem* 7.*C.eod.* Et hucusque de ſucceſſione ex teſtamento.

De ſucceſſione ab inteſtato.

127. Deinceps itaque dicendum eſt de ſucceſſione ab inteſtato. Ea defertur vel iure ſanguinis & proximitatis; vel ratione aliqua ciuili. Priori modo tribus coniunctorum generibus, liberis, parentibus, & à latere venientibus, *Nou.*18.*in pr.*

118. Pri-

128. Prima itaque omnium ratio ſit libe-
um, qui vel iure proprio ſuccedunt in ca-
a, vel iure repræſentationis in ſtirpes.
lud l. vt liberis C. de collat. l. 3. C. de ſuis &
t.

129. Succeſſio in capita fieri dicitur, quã-
hereditas in tot partes diuiditur, quot ſunt
cedentium capita. In ſtirpes fit ſucceſſio,
ando integra ſtirps eius duntaxat partem
ipit, in cuius locum ſuccedit, & cuius per-
am repræſentat. Hoc ius Iuriſconſulti vo-
t ius ſucceſſionis; At Dd. nominant ius re-
ſentationis.

130. Si defuncto liberi non ſunt, qui he-
itate potiantur, in ſecundo ordine vocan-
parentes *l. nam etſi 15. in pr. D. de inoff. teſtam. l.*
ptis. 7. §. fin. D. ſi tab. teſtam.

131. In hoc autem ordine qui eiuſdem
dus ſunt, æqualiter ad ſucceſſionem ve-
nt: diuerſi gradus ſi qui ſunt, prior gradu
otiorem excludit. *Auth. poſt fratres C. de legit.*
d.

132. Nullum enim hic repræſentationis
habet locum. Nam contra naturam eſt,
uus repræſentet patrem ſuum filium, tan-
m ab eo genitum *Nou. 118. cap. 2. Auth. defun-*
C. ad SC. Tertyll.

133. Filio tamen ſine liberis demortuo
cedunt fratres germani, hoc eſt, ſorores &

fratrès vtrinqne coniuncti, vna cum patre & matre in capita, ſublata prorſus differentia omni ſexus & patriæ poteſtatis *Auth. defuncto C. d.tit.d.*Nou. 118.*cap.*2.

134. Mortuis parentibus primi gradus tum ſuccedunt auus & auia: & his non exiſtentibus, vlteriores ſuccedunt defuncto, vna cum fratribus vtrinque coniunctis, in capita; at horum liberi in ſtirpes, ſiue in partem virilem ſui parentis *Nou* 127. *&* 118. *cap.* 2. vbi Cuiat.

135. Vno ex parentibus mortuo, alteroque adhuc ſuperſtite, tunc mortua matre, pater excludit auum maternum, etiam quoad bona, quæ à linea materna ad filium peruenerunt: & contra patre mortuo, mater quoque excludit auum paternum (quandoquidem ſalua debet eſſe gradus prærogatiua) à ſucceſſione filii, etiam quoad bona paterna *d. Auth. defuncto & d.*Nou.118.*c.*2.

136. Si non reperiantur parentes, vocantur tertio loco ex cognatorum ordine, qui à latere ſeu ex transuerſo defunctum attingunt.

137. Et quidem primum fratres germani, fratrumque germanorum præmortuorum filii iure repræſentationis, locum ſibi vendicant, ita vt illi in capita, hi vero in ſtirpes ſuccedant *Auth. ceſſante C. de legit. hered.* Nou. 118. *c.* 3.

138. Si

138. Si fratrum liberi ſoli ſunt, illi patruo
ccedunt in capita ex D. Caroli Conſtitutio-
: Spiræ lata anno 29. ſub tit. Wie Brüder
ler Schweſter kinder &c. Mynſ. 3. *obſ.* 94.

139. Germanis, eorumque liberis defi-
entibus, conſanguinei & vterini fratres ſo-
rresque defuncto heredes exiſtunt. *d. Nou.*
8. cap. 3. Auth. poſt fratres.

140. Quod ſi nulli fratres, nullique ex
atre nepotes exſtent, reliqui collaterales ſuc-
:dunt, obſeruata tamen in concurſu diuerſo-
ım proximi gradus prærogatiua §. *hoc loco Inſt.*
: ſucceſſ. cogn. Auth. poſt fratres C. *de legit. hered. d.*
Jou. 118. *cap.* 3. *verſ. ſi vero neque.*

141. Et hæc de naturali ſucceſſione trium
rdinum. Sequitur ciuilis, quæ ex iuris ciui-
is titulo aliquo deſcendit. Eiusmodi nullis
xiſtentibus collateralibus eſt ſucceſſio con-
ıgum: quod & in ſponſis locum habet, ſi
ponſalia ſunt de præſenti. *Auth. preterea* C. *vnde*
ir & vxor. & Nou. 117. *cap.* 5.

142. Poſtremo omnibus his deficienti-
ous eſt ſucceſſio Fiſci, *l.* 1. *& tot. tit.* C. *de bon. va-*
antib. niſi is à corpore, cuius pars defunctus
uit, excludatur *l.* 1. *& tot. tit.* C. *de hered. decur. &*
bi Cuiat, *in parat.*

143. Dicuntur autem bona vacare, quæ
acent propter defectum legitimorum ſuc-
ceſſorum, cuiusmodi bona deferuntur ad

dominum territorii illius, in quo ſunt, *de quo alibi.*

144. Ex his itaq; patet, deferri hereditatem vel ex teſtamento, vel ab inteſtato. Sed videmus nunc tertiam obtinere ſpeciem heredum, qui conuentionales dicuntur, propterea quod ita nunc fere moribus inualuerit, vt etiam pactis conuentis detur hereditas, ſed contra ius ciuile, cuius certa eſt ſententia, hereditatem pactis non dari *l.vlt.de ſuis & legit. l.Epiſtola D.de pact.l.pactum quod dotale C.de pact.*

De ſucceſſione conuentionali.

145. Vt maxime contra eiusmodi ſucceſſionis genus receptum eſt hodie in perſonis illuſtribus. de quo Gail. 2.*obſ.* 227. Mynſ.2.*obſ.* 23.*n.*10. Hotom. *conſil.*1. Et quidem ſolent eiusmodi pacta ab Imperatore confirmari. Gail.*d.loc.*

De benorum poſſeſſione.

146. Tantum de ſucceſſione ciuili: reſtat ſucceſſio prætorita, quæ dicitur bonorum poſſeſſio

147. Eſt autem bonotum poſſeſſio ius perſequendi retinendique patrimonii, quod cuiusque cum moreretur fuit *l.*3. §.1. *D. eod.*

148. Quæ duplex: Quædam enim competit facto teſtamento, cuiusmodi eſt quæ vocatur contra tabulas, & quæ ſecundum tabulas: quædam non facto teſtamento, cuiusmodi octo enumeratur *§.3. Inſt.eo. l.* 1.*D.quis ordo in bon.poſſ.ſeru.*

149. Ne

149. Ne autem actiones creditorum differantur, petendæ bonorum poſſeſſioni certum tempus eſt præfinitum, liberis & parentibus annus vtilis; ceteris cognatis centum dies *§. cum igitur. Inſt. eod.*

150. Si intra hoc tempus aliquis non petierit, eiusdem gradus perſonis accreſcit, vel ſi nemo ſit, deinceps locus eſt ſucceſiorio edicto. §. *& ſi intra. Inſt. eod.*

151. Succeſſorium edictum eſt ius illorum gratia, quibus bonorum poſſeſſio defertur, introductum, vt in locum eorum, qui poſtulationem omiſerunt, ſequentes ſuccedere poſſint. Sic liberis omnibus omittentibus, ad agnatos res redit. *tot. tit. de ſucceſſ. edict.* *De ſucceſſorio edicto*

152. Modus petendi bonorum poſſeſſionis hodie non eſt ſcrupuloſus, ſed ſufficit quocunque modo iudicium ſuum de admittenda poſſeſſione oſtendere coram iudice §. *fin. eod. l. fin. C. qui admitt. ad bon. poſſ.*

Hactenus de rerum dominiis eſt actum: nunc earum Obligationes ſequuntur.

De obligationibus.

153. Obligatio ab obligando vinciendoque dicta eſt; vnde & definitur, quod ſit iuris vinculum, quo neceſſitate aſtringimur alicuius rei ſoluendæ, ſecundum noſtræ ciuitatis iura *in pr. Inſt. eod.*

154. Ius itaque eſt cauſa obligationis proxima. vt igitur ius, quod authoritatem præſtat obligationibus, vel naturale eſt, quod & gentium vocatur §. *vendita. Inſt. de rer. diuiſ.* vel ciuile; ita quoque obligatio alia eſt ex iure naturali tantum, alia ex iure ciuili tantum, alia ex vtroque.

155. Hinc obligatio non male diuiditur in naturalem tantum, ciuilem tantum, & mixtam, puta naturalem & ciuilem ſimul.

156. Obligatio naturalis tantum, eſt vinculum iuris naturalis, quo quis aſtringitur ad ſoluendum id quod debet naturaliter ſiue ex æquitate *l. Stichum 95. §. naturalis. de ſolut.*

157. Obligatio ciuilis tantum, eſt vinculum iuris ciuilis, quo quis aſtringitur ad ſoluendum id quod debet ciuiliter tantum.

158. Hæc duplex eſt; Quædam enim producit actionem cum effectu exactionis, vt

eſt

eſt in ſententia tranſeunte in rem iudicatam, quæ ex veritate habetur. *l. res iudicata D. de reg. iur. l. ingenuum D. de ſtat. hom.* Quædam vero licet pareat actionem, exactionem tamen non producit, vt in chirographo ſpe futuræ numerationis dato. Bart. *in l. 1. n. 3. de fideiuſſ.*

159. Naturalis & ciuilis obligatio ſimul eſt, in qua ſimul concurrunt conſenſus contrahentium, æquitas naturalis, & authoritas iuris ciuilis. Idque fit in omnibus fere contractibus vel quaſi, tum nominatis quam innominatis, qui ſunt iuris gentium vel ciuilis; item in delictis & quaſi delictis. Et habent hæ non ſolum actionem, ſed etiam efficacem exactionem *l. vel obligatus D. de liber. cauſ.*

160. Deinde obligatio alia eſt ciuilis, alia vero Prætoria, vbi ciuile ſpecialiter accipitur pro iure, quod Prætorio iuri opponitur, ſiue pro eo, quod non eſt prætorium ius, vt ſunt leges 12. tabb. plebiſcita, SCta, Principum conſtitutiones. Ciuile enim generaliter acceptum comprehendit ſub ſe etiam ius prætorium §. *ius autem ciuile* §. *ſcriptum Inſt. de iure nat. gent. & ciu.*

161. Præterea obligationes quædam ex contractu, vel quaſi; quædam vero ex delicto vel quaſi proueniunt. *Inſt. de obligat.*

162. Sed obligationes contractuum ſub-

168. Illud notandum eſt, indebitum re-
rri hoc loco inter contractus reales, reſpe-
u effectus obligationis, quæ re conſtat, cum
debitum non aliter ſolutum eſſe intelliga-
ır, niſi numeratio realis ſiue ſolutio inter-
enerit.

169. Refertur autem indebitum etiam
d quaſi contractus, nimirum ratione cauſæ &
nis, hoc eſt, conſenſus: inſpecto ſcilicet initio
t ad mentem dantis, qui magis diſtrahere vo-
ıit quam contrahere.

170. Commodatum eſt contractus rea- *De commodato.*
s, quo is, cui res gratuito vtenda datur, a-
ringitur ad eandem ipſam rem reſtituendam
n ſpecie §. 2. *Inſtit. d. l.* 1. §. 3. *de obligat. &*
ct. Pro ea competit actio commodatı *l.*1.*&*
3.d. tit.

171. Differt itaque mutuum à commoda-
o. Nam mutuum conſiſtit in rebus, quæ vſu
onſumuntur, & pereunt: Commodatum ve-
o in rebus, quæ vſu non conſumuntur. Dein-
le in mutuo transfertur dominium rei in mu-
uatarium, in commodato autem dominium
manet apud commodantem.

172. Depoſitum eſt contractus realis, *De depoſito.*
quo res apud aliquem deponitur cuſtodiæ
cauſa, ſub fide reſtituendi. Pro ea competit
actio depoſiti §. *præterea Inſt. eod. & l.*1.*D. de oblig.*
& act.

173. Eſt adhuc aliud genus depoſiti, quod dicitur ſequeſtrarium, quo res litigioſa deponitur apud ſequeſtrum, vsque ad cauſæ, de qua agitur, vel controuertitur, exitum, ſub ea conditione, vt qui vicerit, ea res reddatur, reſtituatur *l. ſequeſter* 110. *de Verb. ſign.* Ratione itaque rei litigioſæ, & non litigioſæ differt depoſitum à ſequeſtratione. *d. l. ſequeſter.* Quin & depoſitum ab vno tantum fieri poteſt, *l. licet* 7. *D. depoſ.* at ſecus eſt in ſequeſtratione.

De ſequeſtratione.

174. Pignus eſt contractus realis, quo res aliqua creditori ita obligatur, vt is in credito eo nomine ſecurior ſit. Pro ea competit actio pignoratitia §. *fin. Inſt. d. tit.*

De pignore & hypotheca.

175. Species pignoris duæ ſunt, Hypotheca, & pignus ſpecialiter ita dictum. Hypotheca eſt pignus rei non traditæ. Pignus ſpecialiter ita dictum, eſt pignus rei traditæ. *l.* 1. *l.* 9. §. 2. *de pign. act.* §. *item ſeruiana Inſt. de act.*

176. Eſt autem pignus aliud rei iudicatæ, aliud contumaciæ, aliud conuentionis. Pignus rei Iudicatæ dicitur pignus iudiciale: Pignus contumaciæ, coercendæ cauſa captum, dicitur pignus Prætorium. Conuentionale pignus eſt, quod ex partium conuentione dependet *tot. tit. de damn. inf. l. à Diuo Pio. D. de re iudic. l.* 1. *de pignor. act.* Tantum de contractibus realibus.

177. Ver-

177. Verbis contrahitur obligatio ex interrogatione & reſponſione, cum quid dari fierive nobis ſtipulamur *l.1.§.7.de oblig.& act.in pr.Inſt.eod.* Vnde & verborum obligatio ſtipulatio dicitur. *De verboru obligatione.*

178. Quin & verborum obligatio per ſtipulationem definitur. Oriturque verborum obligatio ex ſtipulatione, tanquam effectus ex ſua cauſa.

179. Eſt itaque ſtipulatio, contractus iuris ciuilis, ex interrogatione & reſponſione initus, ad dandum quid vel faciendum §.1. *& fin.vbi interpp.Inſt.eod.*

180. Concipitur ſtipulatio aut pure, aut in diem, aut ſub conditione. Pura ſtipulatio eſt, quæ fit ſine die & conditione; ideoque confeſtim actio naſcitur §.*omnes Inſt.eod.*

181. Stipulatio in diem fit, quæ fit adiecto die, quo pecunia ſoluatur. Et ſtatim quidem obligatio naſcitur, ſed res promiſſa prius peti non poteſt, quam dies venerit. Nam in obligatione in diem, cedit dies, ſed nondum venit. In obligatione autem pura, & ceſſit & venit dies, & propterea ſtatim peti poteſt *l.cedere 213.de v.ſign.*

182. Stipulatio ſub conditione fit, quæ in aliquem caſum, id eſt, euentum incertum differtur §.*ſub conditione Inſt.eod.*

183. Ceterum in ſtipulationem dedu-

cuntur res & facta. Stipulationes enim in dando & faciendo conſiſtunt *l. 2. eod.*

De duobus reis ſtipulandi & promittendi.

184. Non tantum autem ab vno ſed & à pluribus coiri poteſt ſtipulatio: & hinc dicti ſunt duo rei ſtipulandi, & duo rei promittendi: quorum hic promittit, ille vero ſtipulatur *l. 1. D. eod.*

185. Differunt duo pluresve rei à fideiuſſoribus: Quod rei ſunt principales debitores: at fideiuſſores ſecuritati debiti tantum adduntur. Et hinc oritur ſecunda differentia: Quod fideiuſſores non prius conueniuntur, niſi principali reo prius excuſſo: ſecus vero eſt in correis *Auth. præſente C. de fideiuſſ.* ſinguli enim correi obligati ſunt principaliter, ad totius præſtationem *§. duo pluresve Inſt. eod.*

De diuiſione ſtipulationum.

186. Eſt autem ſtipulatio duplex: Oritur enim vel ex conuentione partium, vnde & conuentionalis dicitur; aut ex officio magiſtratus. Et hæc rurſus eſt vel ſimplex, vel communis *l. 5. de verb. oblig.*

187. Simplex alia eſt prætoria, alia iudicialis. Illa eſt quæ à mero prætoris officio proficiſcitur, qualis eſt cautio damni infecti, & legatorum præſtandorum *l. 5. §. 2. de verb. oblig.* Hæc eſt quæ à mero iudicis officio proficiſcitur *d. l. 5.*

188. Communis eſt, quæ ab vtriusq; officio

ficio proficiſcitur, veluti rem pupilli ſaluam fore; item duplæ ſtipulatio *d.l.5.§. vlt.*

De inutilibus ſtipulationibus.

189. Sane ſtipulationes aliquando ſunt inutiles ratione cauſarum, vt rerum perſonarum & formæ: aliquando ratione adiunctorum, vt conditionis, loci ſeu abſentiæ, temporis, ordinis perſonæ, diſſenſus ſeu erroris, turpitudinis *tot. tit. Inſtit. de inutilib. ſtipul.*

De fideiuſſoribus.

190. Hactenus de verborum obligatione principali: ſequitur nunc de acceſſoria, nimirum fideiuſſione. Definitur fideiuſſor, qui accedit ad alterius obligationem, vel qui pro alio obligato fidem ſuam interponit verbis, vt eius creditori magis ſit cautum, principali debitore nihilominus obligato manente *l. 1. C. de conſtit. pec.* §. 1. *Inſt. de fideiuſſ.*

191. Adſumi poſſunt fideiuſſores in omnibus obligationibus, ſiue ſit illa naturalis tantum, an vero ciuilis tantum *l. 1. l. 16. §.3. D. eod.* §.1. *Inſt. ibid.*

192. Nec intereſt, vtrum obligatio illa, cui fideiuſſio accedit, ex contractu ſiue ex delicto deſcendat; vt maxime ſi cauſa delicti, perſecutionem habeat pecuniariam: ſecus eſt, ſi pæna corporalis ſit infligenda, vt quidam volunt, quod tamen rectius iudicis arbitrio committitur *l. 1. l. 2. & 3. de cuſtod. reor.*

*l.eos 6.§.ſuper C.de appell.*Menoch.*lib.2.de arb.iud. quaſt.caſu* 303.*n.*16.*&* 17.

193. Non tamen in maiorem ſummam obligari poſſunt, quam ipſe principalis debet; ſed vt minus debeant, obligari poſſunt §.*fideiuſſores* 5.*Inſt.eod.*

194. Sane durius aliquando obligatur fideiuſſor, quam principalis. Hinc eſt, quod fideiubens pro pupillo ſine tutoris authoritate naturaliter obligato tantum, non ſolum naturaliter, ſed & ciuiliter obligetur. *l. Marcellus* 25.*l.* 2. *l. fideiuſſor. h. tit.* Et imputet ſibi quod pro naturaliter obligato interceſſerit.

195. Qui vero eodem modo ob debitum pro alio fideiubet, nõ tantum ipſe in ſolidum obligatur, ſed & heres eius *l.*5.*in pr.D.eod.* quod etiam procedit, ſiue heredis facta mentio ſit, ſiue non ſit §.*fideiuſſor. ibi gl. Inſt.eod.* niſi aliter alibi receptum ſit, vt nimirum heredes non teneantur, ſi eorum ſpecialiter mentio facta non eſt, vt in Megapoli ſit.

De beneficiis fideiuſſorũ. 196. Habet fideiuſſor nouo iure tria beneficia. Primum eſt ordinis ſiue excuſſionis, quo creditor fideiuſſorem conuenire non poteſt, niſi prius excutiat principalem debitorem, modo is non fuerit abſens, & ſit ſoluendo *Auth.præſente* C. *eod.*

197. Alterum eſt beneficium diuiſionis

ſeu

ſeu Epiſtolæ Diui Adriani, qua permittitur diuidi actio, ita vt pro virili tantum parte vnusquisque fideiuſſorum conueniatur *l. fin.* C. *de conſtit. pec.*

198. Et hoc ita in Pomerania & Megapoli obſeruatur, quod vnus ex fideiuſſoribus in ſolidum conueniri nequeat, ſi reliqui confideiuſſores ſoluendo ſint. Niſi huic ſtilo curiæ in obligationis ſcripto expreſſe renunciarit.

199. Tertium beneficium eſt cedendarum actionum, quo ſuccurritur fideiuſſori, vt ſtipulator compellatur ei, qui ſolidum ſoluere paratus eſt, cedere ceterorum nomina *l. fideiuſſoribus* 17. *eod. l. cum alter.* 11. C. *eod.* vide Cuiat. 19. *obſ.* 34. Sequitur literarum obligatio.

De literarũ obligatione.

200. Ea fit per ſcripturam. Eſtque duplex. Vna, quæ olim nominibus, id eſt, tabulis accepti & expenſi fiebat, & ſic hodie mercatorum codices ſiue libri fidem faciunt. Altera quæ ex literis, vel chirographaria dicitur, cum quis debere ſe ſcriptura, id eſt, ſyngrapha vel chirographo confeſſus fuerit, quod ſibi numeratum non eſt.

221. Hoc chirographum ex ratione iuris ciuilis omnino obligat eum, qui dedit ſiue ſcripſit, ideoque tenetur ad præſtationem: verum legibus comparatum eſt, vt allegans

pecuniam non numeratam, habeat exceptionem non numeratæ pecuniæ *tot. tit. C. de non numer. pec.*

202. Illa exceptio hodie ex ſtatuto Iuſtiniani opponenda eſt intra biennium. Quod ſi vero hoc tempus neglexerit, ad ſolutionem tenetur *l. in contractibus* 14. *C. d. tit.* Sequuntur obligationes ex conſenſu.

De obligationibus ex conſenſu.

203. Et quidem fiunt conſenſu obligationes in his quatuor contractibus, emtione venditione; locatione conductione; ſocietate, & mandato.

204. Hi contractus dicuntur iniri conſenſu, Quia neque ſcriptura, neque præſentia omnimodo opus eſt: at nec dari quicquam neceſſe eſt, vt ſubſtantiam capiat obligatio, ſed ſufficit eos qui negotia gerunt, conſentire. Vnde inter abſentes talia negotia recte geruntur, veluti per Epiſtolam, vel per nuncium *Inſt. tit. de oblig. ex conſ.*

205. Differunt à ſuperioribus contractibus. Tum quod in his ſolus conſenſus obligationem efficit, at in illis præter conſenſum requiritur ſolennitas, & adminiculum vel rei, vel verborum, vel literarum. Tum quod hæ obligationes ex conſenſu etiam inter abſentes contrahi poſſunt: at ſtipulationes tantum inter præſentes. Tum denique quod contractus conſenſuales omnes ſunt

bonæ ſidei. At in cæteris non æque *l. quidquid 99. de verb. oblig.*

206. Primo occurrit emtio venditio: quæ eſt contractus, quo id agitur, vt pro pecunia res tradatur. Vnde deducitur, Tria ad emptionem neceſſario requiri, conſenſum, rem & pretium. *Inſt. eod. in pr.* *De emtione venditione.*

207. Nec obſtat, quod hic contractus ſolo conſenſu perficiatur. Quod enim dicitur, ad huius contractus ſubſtantiam præter conſenſum etiam requiri rem & pretium, non eam habet ſententiam, quaſi emptio venditio nulla ſit, niſi rei & pretii traditio interuenerit, ſed quod contrahentium conſenſus, vtrumque & rem & pretium complectitur *l. 55. de oblig. & act.*

208. Quin & interdum etiam ſine re venditio procedit, veluti cum alea captus piſcium, miſſilium vel auium emitur. Et hæc dicitur emptio ſpei, quæ loco rei ſuccedit, ſi modo res, quæ ſperatur, exiſtit *l. nec emtio* 8. §. 1. *de contrah. emt.*

209. Pretium conſiſtit in pecunia numerata: nam ſi in aliis conſiſtat rebus, erit permutatio. §. *precium Inſt. eod. l. fin. C. eod.*

210. Atque ita hæc tria ſufficiunt, cum non conuenit nominatim, vt contractus in literas ſiue ſcripturam referretur. Nam ſi diſerte conuenit, vt inſtrumentum emtionis

conficiatur, contractus emtionis non prius perfectus dicitur, quam ſcriptura omnibus numeris ſit abſoluta, & interea locum habet pænitentia §. 1. *Inſt. eod. l. contractus C. de fid. inſtrum.*

211. Si tamen arrhæ interuenerint, tum ſi recedere velit is, qui dedit, eas amittit; ſin autem, qui accepit, eas duplicatas reddere tenetur *d. l. contractus.*

212. Arrha nihil aliud eſt, quam argumentum emtionis venditionis contractæ; Nullam enim obligationem creat, ſed eam, quæ eſt, duntaxat demonſtrat *l. quod ſæpe 35. de contrah. emt.*

213. Emtione perfecta & commodum & periculum rei emtæ ad emptorem pertinet. *§. cum autem. cum 2. ſeqq. Inſt. eod.*

214. Omnes res emi vendi poſſunt, quæ noſtræ & quæ ſunt in commercio hominum. Quocirca loca ſacra aut publica in hunc contractum non veniunt. Quod ſi itaque illa ſciens quis emat, vna cum re pretium amittit: at ſi ignoranter, aduerſus venditorem agere poteſt ad intereſſe *l. 34. §. 1. & ſeq. h. tit. §. vlt. Inſt. eod.*

215. Illud poſtremo notandum circa emtionem venditionem, in illa interuenire quædam pacta, ex quibus hic contractus temperamentum accipit; cuiusmodi ſunt; Pactum

Pactum legis commiſſoriæ; pactum addictionis in diem: & pactum de retrouendendo.

216. Pactum legis commiſſoriæ eſt, quo id agitur, vt ſi ad certum diem pecunia non fuerit ſoluta, res ſit inemta *l.1.& 4.ſeqq.eod.* *De pacto legis commiſſoria.*

217. Pactum addictionis in diem, eſt conditio adiecta emtioni, vt res ſit inemta, ſi quis intra ſtatutum certum diem attulerit meliorem conditionem. Quando itaque alius emtor intra præſtitutum diem exiſtit, qui meliorem conditionem offerat, tunc certior de ea debet fieri emtor primus, vt eligere poſſit, an adiectionem facere, an vero rem reſtituere velit *l.7.& 8.de in diem addict.* *De pacto addictionis in diem.*

218. Pactum retrouenditionis, germanice der widerkauff/ eſt, quo reſeruatur venditori eiusque heredibus poteſtas redimendi rem venditam pro pretio accepto *l. 2. C. de pact. int. emt.& vend.* *De pacto retrouenditionis.*

219. De eo conſtat, ex contractu emtionis duas naſci actiones, quarum altera dicitur ex emto, altera ex vendito: illa datur emtori aduerſus venditorem; hæc datur venditori aduerſus emtorem *tot. tit. D. & C.de act. emt.*

220. Sequitur locatio conductio, qua pro vſu rei vel operæ, quæ locationem reci- *De locatione conductione.*

pit, merces præſtatur §.1.*Inſt.eod.* Ex quo locator vnus eſt,alter conductor.

221. Locator dicitur, qui conſtituta mercede rem vtendam fruendam alicui concedit *l. locatio* 4.*l.* 7. & 32. D. *locat.* vel in operis præſtandis officium ſuum offert & profitetur *l. videamus* §.*is qui vinum* D.*d.tit.*

222. Conductor eſt,qui accepta mercede rem vtendam fruendam accipit *d. l.videamus* §. *inter conductorem* vel opus præſtandum ab aliquo ſuſcepit. Cuiat.2.*obſ.* 28.

223. Locatio ea duplex eſt; alia vſus rei, alia operæ hominis *l.ſi merces* 21.§.1 & *l.ſeq.*D. *eod.*

224. Ratione vſus differt locatio conductio ab emptione venditione, vt quæ non in alicuius rei vſu, ſed in alienatione conſiſtit *Nou.* 7.*cap.*1. §.*alienationis* & *l.* 1.*in pr.ibi, ſed quia non facile* D.*de contrah. emt.*

225. Res itaque & factum in hoc contractu attenditur. At præter rem & factum, oportet etiam mercedem in locatione eſſe certam, quæ tamen non in pecunia numerata tantum, ſed & in aliis rebus, quæ numero, menſura, & pondere conſtant, conſtitui poteſt *l. ſed addes* 19. §.*ſi tantum l. ſi merces* 25. §. *vis maior h. tit.* Cuiat. *tract.* 8. *ad Afric. pag.* 258.

226. Et exinde conſequens, contractus huius

huius ſubſtantialia conſiſtere in hiſce tribus, Re, mercede certa, & conſenſu. *in pr. Inſt. eod.*

227. Locatio conductio conſtituta finitur lapſu temporis, inter partes conſtituto, non autem morte locatoris aut conductoris: Nam heredes vtrinque facta locatione conductione, tenentur vsque ad exitum temporis definiti §. *vlt. Inſt. & l. 10. C eod.*

228. Duæ hinc oriuntur actiones, vna locati, quæ datur locatori; altera conducti, quæ datur conductori §. 1. *Inſt. eod.*

229. Et hæc de locatione ſimplici ſiue temporali, quæ ſcilicet fit ad certum tempus, & locationis nomen retinet.

230. Alia locatio eſt perpetua ſeu ad longum tempus, quæ in aliud nomen tranſit & à græcis Emphyteuſis, vulgo melioratio dicitur. In hac quidem conductor vtile habet dominium rei conductæ perpetuo: In illa vero tantum vſum, ſine alicuius dominii translatione. *De Emphyteuſi.*

231. Eſtque Emphyteuſis contractus ex conſenſu, quo dominus prædii cum futuro Emphyteuta paciſcitur de vtili dominio & poſſeſſione prædii in Emphyteutam transferenda in perpetuum vel ad longum tempus, vt is prædium colendo reddat melius, & in recognitionem dominii directi, quod dominus retinet, canonem quotannis præſtet.

l. ſi domus 72. *in fin. de leg.* 1. *l.* 1. *D. ſi ager. vectig. pet.*

132. Oritur ex hoc contractu actio, quæ vocatur condictio ex lege. Zeno enim Imperator ex hoc contractu actionem deſcendere ſtatuit *in l.*1. *C. de iure emphyt.* nec certam actionis ſpeciem expreſſit.

De ſocietate. 233. Sequitur ſocietas, quæ definitur contractus conſenſualis, de rebus & operis honeſtis, ad rerum communionem habendam conferendis, *l.* 5. *D. pro ſocio l. ſi non* 29. *eod.*

234. Ea eſt duplex, vel totorum bonorum adeoque generalis, vel quorundam, & dicitur ſpecialis, alicuius nimirum rei ſeu negotiationis *l.* 5. *in pr. l.* 8. §. 1. *D. eod.*

235. Finitur ſocietas tempeſtiua & non doloſa renunciatione, morte ſocii, fine negogotii, publicatione, morte ciuili, interitu rei in ſocietatem collatæ, diſſenſu denique vtriusque ſociorum *Inſt. tit. eod.*

236. Oritur hinc actio pro ſocio ſola, in qua ratio habetur eius, quod alterum alteri ex bona fide præſtare oportet §. 28. *Inſt. de act.*

De mandato. 237. Mandatum definit Cuiatius, conuentionem ex conſenſu, qua roganti fides datur procurandi aliquid ſine mercede. Cuiat. *in parat. D. eod.*

238. Contrahitur quinque modis; vel mandantis gratia tantum, vel mandatarii & man-

mandantis; vel alieno nomine ſolum, vel alieno & mandantis nomine, vel mandatarii & alterius gratia *§. 1. & ſeqq. Inſtit. eod. l. 2. D. eod.*

239. Finitur tribus potiſſimum modis; tum renunciatione ſeu reuocatione mandantis; ſi nimirum re adhuc integrá reuocet; tum morte mandantis vel etiam mandatarii re itidem adhuc integra: tum renunciatione mandatarii, ſi id fiat ré adhuc integra & tempeſtive *l. 26. in pr. &* §.11.*Inſt. eod.*

240. Ex hoc contractu oritur actio mandati directa, quam mandans habet aduerſus mandatarium: & actio contraria, qua mandatarius in mandantem experitur §.*fin. eod.*

241. Omnino in mandato merces non interuenit, ſed mandatum gratuitum eſt; & vt primum merces interuenerit, incipit locatio conductio eſſe §.*fin. eod.*

242. Cauendum etiam eſt in mandato, ne fines mandati excedantur, hoc eſt, vt mandatarius obſeruet, quid, quale, quantum, quouſque mandatum ſit. Alioquin ſi exceſſum fecerit; mandans ad hunc ei non tenetur. §. 8. *eod.*

243. Hucusque de veris contractibus. Sequitur nunc de obligationibus, quæ ex quaſi contractu naſcuntur; quales ſunt, quæ neque ex contractu, neque ex delicto, neque quaſi *De obligationibus, quæ quaſi ex contractu naſcuntur.*

oriuntur: & quas ab initio nulla anteceſſit conuentio *Inſt.in pr.eod. tit.*

244. Quod vt intelligatur, repetendum illud eſt, contractus proprie oriri, cum duo vel tres, eo animo & intentione contrahunt, vt vel vterque vel alteruter ſaltem ex proprio ſuo facto obligetur *l.Labeo* 19.*de verb.ſign.* Vbi vtriusque contrahentis voluntas concurrit in hoc, vt obligatio inde naſcatur.

245. Hæc voluntas & intentio in contractibus quaſi non reperitur: Sed in his obligatur quis etiam ignorans, aliquando etiam inuitus & abſens *arg. l.* 4. C. *de vſuf.* adeoque in veris contractibus reipſa & in veritate; in quaſi contractibus præſumtiue & fictione iuris contrahitur: Fingit enim ius vtrumque conſentire.

246. Eiusmodi contractus quaſi à Iuſtiniano ſex recenſentur. Geſtio negotiorum; Adminiſtratio tutelæ; Communio rerum: Communio hereditatis: Aditio hereditatis, qua heres legatariis obligatur, & Solutio indebiti.

247. Obligatio negotiorum geſtorum inde oritur, quod quis negotia abſentis geſſit ſponte ſua & ſine mandato §.*igitur.eod.* Eius enim obligationis cauſa eſt vtilitas abſentium. Exinde oritur actio negotiorum geſtorum.

248. Obligatio adminiſtrationis tutelæ inde oritur, quod tutor rem pupilli geſſit §. *tutores. Inſt.* Exinde oritur iudicium tutelæ, quod competit finita tutela.

249. Obligatio ex communione rerum inde oritur, quod aliqui in communionem alicuius rei non ſponte, ſed caſu ſine ſocietate inciderunt, alioqui verus contractus eſſet §. *item ſi inter. eod. l. 2. & 3. D. comm. diuid.* Hinc oritur actio communi diuidundo.

250. Obligatio ex communione hereditatis inde oritur, quod aliqui coheredes ex teſtamento vel ab inteſtato ſunt, quibus datur actio familiæ erciſcundæ §. *item iuriū. eod. & tot. tit. Famil. erciſc.*

251. Obligatio ex aditione hereditatis inde oritur, quod ab herede aliquid legatum eſt: Quamprimum itaque is adiit hereditatem, cenſetur ſe obligaſſe ad omnia in teſtamento relicta: ideoq; tacite legatariis obligatur; conuenirique poteſt per actionem ex teſtamento §. *heres quoque. eod. l. 5. §. heres D. de oblig. & action.*

252. Denique obligatio ex ſolutione indebiti, inde oritur, quod quis ſoluit per errorem, quod non debeat; ideoque datur condictio indebiti §. *item is cui. eod. d. l. 5. §. is quoque. vide ſupra concl. 170. & ſeq.*

253. Hucusq; de ſpeciebus contractuum:

nunc videndum breuiter de cauſis acquirendi & amittendi.

Per quas perſonas nobis obligatio acquiratur.

254. Acquirimus autem vel per nos, vel per eos, qui in noſtra poteſtate ſunt, vt ſerui, filiifamilias. *Inſtit. tit. per quas perſon. nob. oblig. acq.*

255. Quin & procurator nos obligat: Si mandatum habet ſpeciale certæ alicuius rei, tunc in illa re nos obligat: Sin autem generale mandatum habet cum libera adminiſtratione omnium bonorum noſtrorum, in omnibus nobis obligationem acquirit *Dd. Inſt. eod.*

Quibus modis tollitur obligatio.

256. Et ita conſtituuntur obligationes: Toliuntur obligationes hiſce modis: Solutione naturali ſeu reali, Acceptilatione, Nouatione, & contrario diſſenſu ſiue voluntate.

De ſolutione

257. Solutio eſt eius, quod debetur, realis legitime facta præſtatio *l. ſolutionis 54. l. ſolutum. de re iudic.*

De acceptilationne

258. Acceptilatio quæ imaginaria ſolutio dicitur, eſt liberatio per mutuam interrogationem, hoc modo: Titi, quod tibi à me ſolenniter promiſſum eſt, habesne acceptum? Habeo.

259. Eſt autem duplex Acceptilatio: ſimplex ſeu vulgaris, & Aquiliana.

260. Simplex acceptilatio eſt, quæ vna ſtipula-

ſtipulatione conſtat, per quam tollitur verborum obligatio & alia quæuis, modo in ſtipulationem deducta ſit, ſiue in totum, ſiue in partem: Nam verbis facta obligatio, aliis verbis tolli poteſt §. *item per acceptilationem. h. tit.*

261. Aquiliana eſt, quæ pluribus ſtipulationibus vltro citroque factis cōſtat: per eam omnium generum obligatio in ſtipulatum deducta tollitur §. *quicquid h. titul. l.* 18. *de acceptilat.*

262. Nouatio, à nouando dicta, eſt prioris debiti in aliam nouam obligationem vel ciuilem vel naturalem transfuſio atque translatio *l.* 1. *de nouat. & de leg.* *De nouatione*

263. Eaque duplex eſt; Perſonæ aut Rei: Nouatio perſonæ eſt alterius debitoris in ſuū locum ſubſtitutio, quæ dicitur Delegatio §. *præterea. eod. l. delegare* 11. *de nouat.*

264. Nouatio rei eſt, cum eadem quidem perſona in poſteriori ſtipulatione manet, ſed res noua adiicitur, vt conditio aut fideiuſſor §. *ſed ſi eadem. Inſt. h. tit. l. quoties* 14. *de nouat.*

265. Diſſenſu tollitur obligatio, ſi contractus ſit initus conſenſu, & re adhuc integra, id eſt, neque pretio ſoluto, neque re tradita contrahentes vtrinque à contractu diſcedunt *l.* ... *in pr. de pact.* §. *vlt. Inſt. h. tit.*

De obligationibus quæ ex delicto naſcuntur.

266. Et tantum de obligationibus ex contractu vel quaſi; nunc ſequuntur obligationes ex delictis vel quaſi. Hæ non ſunt diuerſi generis, vti ſuperores ex contractu, ſed vnius tantum: nam omnes ex re, hoc eſt, malefico naſcuntur.

267. Huiusmodi ſunt obligatio furti, rapinæ, damni iniuria dati, & ipſius iniuriæ.

De furto.

268. Furtum eſt contrectatio fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, poſſeſſionisue, quod lege naturali prohibitum eſt admittere §.1.*Inſt.eod.*

269. Eſtque duplex: Manifeſtum & nec manifeſtum. Manifeſtus fur eſt, qui deprehenditur in ipſo facto ſiue in ipſo criminis loco, ſiue antequam furtum ad locum deſtinatum pertulerit §.*furtorum Inſt. eod.* Huius pœna eſt quadruplum.

270. Furtum nec manifeſtum eſt, & fur nec manifeſtus, qui quidem non eſt deprehenſus, ſed tamen eum furem eſſe, & furtum commiſiſſe, non poteſt negari, quamuis ἐπὶ αὐτοφώρῳ non ſit deprehenſus.

271. Quin & nec manifeſtus fur eſt, qui ad id opem conſiliumq; dedit, quamuis ipſe non fecerit *l.*8.*eod.& ibi Dd.* Et huius pæna eſt duplum *l.* 54. §. 3.*eod.*

272. Non ſolum autem furtum fieri dicitur,

quando quis rem alienam animo inter-
ndi amouet, ſed etiam ſi eam quocunque
o inuito domino contrectet, hoc eſt, a-
o frauduloſo de loco in locum moueat,
ius poſſeſſione abutatur.

73. Vt cum creditor pignore; depoſita-
e depoſita, aut commodatarius re com-
ata aliter quam vtendam accepit, vtitur
tum autem. eod.

4. Sane tamen, qui commodata re ali-
itur, quam vtendam accepit, furtum non
ſi credat dominum hoc permiſſurum §.
t Inſt. eod. Furtum enim ſine affectu furan-
n committitur *l. qui iniuriæ 53. de furt.* Idem
i commodatore volente id fiat §. *ſed & ſi.*

5. Suæ rei etiam committitur furtum,
s debitor ſuo creditori porrectum pi-
furetur, nam hic non niſi rei ſuæ fur dici
t *l. 66. in pr. eod.*

6. Pro furto plures ſunt introductæ a-
es, idque odio furtum: Nam ad rem
ır, Actio ad exhibendum, Rei vendica-
& Condictio furtiua: Ad pænam datur
furti §. *fin. eod. l.* 7. §. *furti D. de condict.*

7. Hodie actio furti criminalis eſt, ad
m capitalem nimirum ſuſpendii, ex con-
ione Carolina.

De vi bonorum raptorum.

278. Rapina eſt contrectatio frauduloſa & violenta rei alienæ mobilis & corporalis. Differt itaque à furto, quod ſemper clam, at rapina vi & palam committitur §. *fin. Inſt. h. tit.* Vnde furtum improbum dicitur.

279. Ex rapina vi bonorum raptorum nomine agitur, aduerſus eum, qui dolo malo rapuit intra annum in quadruplum, poſt annum vero in ſimplum: Hodie fere criminaliter agitur ad pœnam gladii, ex conſtit. Carolina artic. 126.

De lege Aquilia.

280. Damnum iniuria datum intelligitur, cum homo damnum dedit, ad quod ſarciendum competit actio legis Aquiliæ *l.* 1. *l.* 2. *& paßim D. ad. l. Aquil.*

281. Eius legis hodie duo ſunt capita. Ex primo tenetur is, qui alienum hominem vel ſeruum aut quadrupedem, quæ pecudum numero eſt, iniuria occidit. Ex ſecundo tenetur is, qui ſeruum alienum alienamve quadrupedem non occiderit, ſed læſerit, vel in alia re damnum dederit, veluti quid vſſerit vel fregerit *Inſt. tit. eod.*

282. Medicus imperite curans hominem omnino hac lege Aquilia tenetur: quia imperitia culpæ annumeratur. Sic & ICtus imperite conſulens clientibus ſuis, procul dubio tenetur §. 6. *Inſt. eodem. l. imperitia* 132. *de reg. iur.*

Quin

283. Quin etiam infirmitas annumeratur lpæ: cum affectare quis non debeat, in quo l intelligit vel intelligere debet, infirmitam ſuam alii periculoſam futuram *l. idem* 8. *d.*

284. Ceterum ex primo capite L. Aquiiæ damnatur quis tanti, quanti plurimi illa res eo fuerit. Quæ verba, quanti plurimi, duo comprehendunt, æſtimationem damni dati, & intereſſe.

285. Ita nimirum, vt res peremta æſtimetur non ſecundum pretium, quo eo tempore fuit, cum perimeretur, ſed quo fuit proximo anno, cum præſtantiſſima eſſet. Quare ſi pecudem quampiam mihi occideris, quæ tempore ſublationis admodum fuit macra, & exigui pretii, non potes mihi eam ſoluere eo quo nunc eſt pretio, ſed quo fuit proximo anno, cum præſtantiſſima eſſet *l.21.in pr. l.23. D. & §. 9. Inſt. eod.*

286. Quin & occiſor tenetur ad intereſſe, ſeu ad quaſuis vtilitates & commoda ex re peremta dimanantia. Quod ſi itaque ex quadrigis equorum vnum mihi interfeceris, non ſolum teneris mihi ad æſtimationem illius vnius, ſed id quoque computatur, quanti depretiati ſunt, qui ſuperſunt *l.22. D. & §.10. Inſt. eod.*

287. Ex ſecundo capite L. Aquiliæ damnatur quis tanti, quanti ea res plurimi proximis diebus triginta fuerit §.13.*Inſt.eod.*

288. Vnde patet, minorem eſſe pænam ſecundi capitis quam primi. Et recte. Quia maioribus delictis, maiores quoque & aſperiores pænæ conſtituendæ ſunt. Interim tamen ex vtroque capite, ita demum pæna infligitur, ſi dolo aut culpa damnum datum ſit *l.* 30.§.3.*d.tit.* §.14.*h.tit.*

289. Ex hac lege tres naſcuntur actiones: quarum prima dicitur directa legis Aquiliæ actio: altera dicitur vtilis: tertia eſt ſubſidiaria in factum *l.*7.§.7.*l.*51.*in pr.l.*29.*h.tit.*ſequitur de Iniuria.

De iniuriis. 290. Iniuria hoc loco ſumitur pro contumelia: Eſtque iniuria delictum in alterius contumeliam dolo malo admiſſum *l.*3.*&* 4.*D. eod.l.*34.*de oblig.& act.*

291. Committitur iniuria vel Re, vel verbis, vel literis. Re ſi quis alterum verberauerit vel pulſauerit; verbis, ſi quis alteri conuitium dixerit; literis, ſi quis in alterius dedecus & contumeliam ſcriptum aliquod fecerit *l.* 15. §. 1.*cum ſeqq.l.*5. §.9.*h.tit.*

292. Patitur quis iniuriam non ſolum per ſe, hoc eſt, ſi ipſe iniuria afficiatur, verum etiam per liberos atque per vxorem, Nam & hæ perſonæ iniuria affectæ actio-

nem

nem patri ſeu marito acquirirunt *l.*1.§.3.*eod.*§. 2.*h.tit.*

293. Sane ſi viro fieret iniuria, non habet eius vxor iniuriarum actionem. Nam vxores per viros, non autem viros per vxores defendi æquum eſt §.2.*eod.*

294. Si ſponſa alicuius iniuria affecta ſit, tunc eius iniuriam vendicant quatuor; nimirum illa ipſa; tum eius ſponſus: tum ipſius pater: tum ſocer §.2.*h.t.*

295. Fit iniuria vel per iniuriantem, vel aliàs, vnde & qui perſuaſit iuſſitve vt fieret, iniuria tenetur. Præterea fit iniuria tum per vnum, tum plures. Quod ſi plures infamauerint, ſinguli tenentur *l.*34.*hic.*

296. Iniuria pænas habet varias, tum ex ege 12. tabb. tum ex L. Cornelia de iniuriis, um ex moribus & edicto Prætoris, & tandem x iure mixto, quod hodie ita obtinet, vt inuriarum ciuiliter vel criminaliter agi poſſit .10.*h.tit.*

297. Ciuiliter, cum actor iniuriam ad aniıum reuocatam æſtimat, ſibique pænam, ſala tamen moderatione iudicis, applicari petit 3.*h.*

298. Criminaliter intenditur, cum petir, vt pæna pecuniaria applicetur fiſco, vel vt uriās corporaliter puniatur §. *in ſumma Inſt.* Gail. 1. *Obſ.*65.*n.*2. *& lib.*2.*Obſ.* 102.*n.* 9. *& ſeq.*

299. Quin & amplius etiam eſt actio, ad palinodiam ſiue recantationem eius, quod iniurioſe dictum eſt. Mynſ.2. *Obſ.*68. Et famoſi libelli pæna de iure ciuili eſt capitalis *l. vnic. C. de famoſ. lib.* vide etiam conſtitutionem Carolinam *artic.*100.

300. Extinguitur iniuria morte, diſſimulatione, itemque lapſu temporis & aliis modis, *l.*11. *D. l.*5. *C. eod.* §. *vlt. & ibi interpp. h.* ſequuntur Quaſi delicta.

De obligationibus quæ quaſi ex delicto naſcuntur

301. Quaſi delictum dicitur, quando quis non dolo malo, ſed per imperitiam potius & imprudentiam peccat: aut alienæ culpæ nomine conuenitur §.1. *Inſt. eod.*

302. Species quaſi delicti hæ recenſentur. Prima eſt, in iudice per imperitiam male iudicante: tum enim is litem ſuam facit; quia cauſam eius, ſecundum quam male pronunciauit, ſuſcipere cogitur, eamque quaſi ſuam defendere; & victus tanti damnatur, quanti iudex damnum ab illo factum æſtimauerit *l.*5. §. 4. *de oblig. & act. l. vlt. de var. & extraord. cognit. in pr. h. tit.*

303. Altera eſt, cum quis ex cenaculo aliquid deiiciendo aut effundēdo alicui nocet. Publice enim vtile eſt ſine metu & periculo per itinera commeari §. *item is h. tit. & l.*1. *de his qui deiec.*

304. Tertia eſt, cum in ſuggerunda ac proiecto

ꝍto circa publicum iter poſitum vel ſuſpen-
ım aliquid eſt, cuius caſus alicui nocere poſ-
t §.*cui ſimilis.eod.*

305. Quarta, cum furtum vel dolus com-
ıittitur per illos, quorum opera vtimur. Nam
ılpa, & quaſi delicti ſpecies eſt, opera ma-
ɔrum hominum vti §. *item exercitor. eod. l.*5. §.
*em exercitor. de exercit. act. tot. tit. D. Naut. Caup.
ab. & Furti aduerſ. caup. ſtabul.*

306. Ex his delictis competit actio vna
t eadem, quæ dicitur in factum, quæ in pri-
ıa ſpecie datur, in quantum iudici videbitur,
ti modo dictum.

307. In ſecunda ad duplum damni dati
ı re, at in perſona liberi occiciſi ad L. aureos:
eſi autem ad impendia curationis & æſtima-
onem. Ipſius vero hominis aut citatricis &
eformitatis nulla fit æſtimatio: quia libe-
ım corpus nullam recipit æſtimationem *l. fin.
e his qui deiec.*

103. In tertia ſpecie datur ad decem au-
eos, ſiue nocitum ſiue non, modo poſitum
t, vt nocere poſſit §. 1. *Inſt. eod.*

309. Competit autem heredi, non in he-
edem: quia eſt pænalis; & contra filium i-
ſum, non contra patrem eius §. *fin. eod.*

Atque hactenus de perſonis & rebus.

INIS OBIECTI SECVNDI.

* * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *

PARS TERTIA

De

TERTIO OBIECTO IVRIS, QVOD EST DE ACTIONIBVS;

I.

De actionib. SVpereſt vt de actionibus dicamus. Actio autem nihil aliud eſt, quam ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur. *l. nihil aliud. de oblig. & act. in pr. Inſt. de action.*

De prima diuiſione actionum. 2. Omnium actionum ſumma diuiſio hæc eſt, quod quædam in rem ſunt, ſiue reales, quædam vero in perſonam ſeu perſonales §. 1. *h. tit. l. 25. d. tit.*

3. Sunt quidem & mixtæ actiones, quæ nimirum tam in rem ſunt, quam in perſonam, *l. metum. §. cum autem D. quod met. cauſ. l. 1. §. pen. de incend. l. ſed etſi 25. §. petitio D. de petit. hered. l. 1. fin. regund.*

4. Sed exinde bimembris illa actionum diuiſio vitioſa eſt, cum & mixtæ actiones reuera ſint vel reales, vel perſonales. Quam ob cauſam non fuit Iuſtiniano neceſſe mentionem facere actionum mixtarum; ſiquidem qui

ui intelligit ſimplex, idem intelligit id, quod ſimplicibus eſt quaſi concretum & commi-um *gloſſ. in l. 2. in pr. de verb. oblig.*

5. Actionem in perſonam definit Impe-tor eſſe, qua quis agit cum eo, qui ei obliga-s eſt ex contractu vel quaſi, ex maleficio vel aſi, ad hoc vt det vel faciat aliquid §. 1. *h. tit.* *ctionum D. de O. & A.*

6. Cauſa itaque actionis in perſonam, eſt ligatio, quæ naſcitur vel ex contractu, vel maleſico §. *fin. Inſt. de oblig.* Finis actionis in rſonam eſt, vt is qui obligatus eſt nobis, ali-id det vel faciat. *d.* §. 1.

7. Dicitur vero hæc actio in perſonam, ia ſemper aduerſus eandem perſonam dari itur *d. l. actionum* §. *in perſonam.* & perſonam uitur, non rem *l. 1.* §. *ſi heres. ad Trebell.*

8. Et quamuis aduerſus heredem datur; en nihilominus aduerſus eandem perſo-n dari dicitur: cum heres cum defuncto ea-n perſona eſſe cenſeatur, inſpecta conti-tione obligationis, quæ fit à defuncto in edem.

. Quin & iura etiam de iis, quæ plerum-fiunt, conſtitui ſolent *l. 2. de orig. iur.* Ple-que autem aduerſus eandem perſonam o in perſonam competit.

o. Licet igitur interdum perſonam egre-ur, tamen recte dicitur, quod in eandem

perſonā detur: ſcilicet plerunque, non ſemper.

11. Neque enim hoc negari poteſt, etiam extra eum caſum, quo in heredem condictio datur, perſonam eam egredi; tum ſcilicet, quādo pænæ perſecutionem non habet. Vbi vero condictio pęnam perſequitur, perſonam nunquam egreditur, & ne quidem in heredem dantur, niſi lis cum defuncto fuerit conteſtata, aut heres locupletior ex delicto commiſſo factus §. *his autem verbis. Inſt. de L. Aquil.*

12. Sed hæc perpetua non ſunt: Nec enim ſemper actio in perſonam eſt ex contractu, vel ex delicto & quaſi: nec ſemper aduerſus eundem datur, vt aliquid det vel faciat: ſed *& aliis quibusdam modis* in perſonam agi poteſt, vt Imperator loquitur *d.* §. 1.

13. Sic namque actio Quod metus cauſa, neque ex contractu eſt vel quaſi, neque ex maleficio vel quaſi, in perſonam tamen actio eſt §. *præterea Inſt. h. tit.*

14. Nec impedit, quod in rem ſcripta dicatur, *in l. metum autem* 9. §. *vlt. D. quod met. cauſ.*

15. Eorum enim verborum ſenſus eſt, hanc actionem non in certam perſonam, puta, quæ metum intulit, ſed generaliter concepta eſſe, ita vt etiam aduerſus eum detur, ad quem res per vim & metum extorta peruenit. *fac. l. iuris gentium* 7. §. *pactorum D. de pact. l.* 1. §. *pen.*

.de interdict. Notatur res, h.e. metus, non
ona, quæ metum fecit: & exinde dicitur
m ſcripta actio.

. Sic actio ad exhibendum, eſt actio in
onam *l.3.§. eſt autem D.ad exhib.* neque ta-
x contractu eſt vel quaſi: neque ex ma-
io, vel quaſi: Sicut nec aduerſus ean-
perſonam locum habet, ſed aduerſus
nlibet rei controuerſæ poſſeſſorem com-
d.l.3.§.fin.

. Vnde patet ita dicẽdum eſſe: Omnem
nem ex contractu vel quaſi, ex maleficio
uaſi, eſſe actionem in perſonam: at con-
non omnem actionem in perſonam
x contractu vel quaſi, ex maleficio vel
i.

. Finem obligationis in perſonam eſſe,
vel facere, ſupra dictum eſt. Quia ple-
que ex obligationibus ex contractu, vel
ficio prodeuntibus ad id agimus, vt ad-
rius nobis aliquid det, aut faciat. *§. ſic ita-
ſcretis Inſt.h.tit.*

. Quod tamen itidem non ſemper per-
um eſt: Nam in actione ex emto, non id
us, vt aduerſarius nobis rem venditam
d ad id duntaxat, vt poſſeſſionem rei vẽ-
acuam nobis tradat *l.1. de rer.permut. l. ex
1.§.1.& ſeqq.de act.emt.*

. Sic in actione ex commodato non

hoc agimus, vt aduerſarius nobis rem commodatam det, ſed ad id duntaxat agimus, vt rei vſus nobis concedatur *l. rei commodatæ cum l. ſeq. D. commod.* Idem eſt in actione depoſiti: Quia is qui depoſuit, non ita recte agit, rem depoſitum ſibi dari, cum iam depoſitoris modo ſit *§. præterea Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.*

21. Actionem in perſonam vocamus condictionem. Quod verbum ex iure veteri eſt, quo priſca lingua, ſignificabatur denunciato, & condicere veteribus idem fuit, quod denunciare *§. appellamus. eod.*

22. Vſitatum vero olim fuit, vt acturi cum aliquo, aduerſario etiam condicerent ſiue denunciarent, vt ad certum diem in ius veniret & ſolueret.

23. Et quamuis hoc tempore, nulla eo nomine fiat denunciatio: tamen ex antiquo iure, condictionis verbum retinemus, & condictionem dicimus actionem in perſonam *d. §. appellamus*

24. Actio in rem, dicitur vendicatio. Quod verbum itidem ex antiquo more dicendarum vindiciarum deſcendit. Vindiciæ poſſeſſionem ſignificant, Cuiat. *in parat. Cod. de rei vendic.* Et vindicias dicere, nihil aliud eſt, quam dicere penes quem poſſeſſio eſſe debeat. *l. 2. de orig. iur.*

25. Appellarunt vero, veteres poſſeſſionem,

, vindicias, à vi, non quidem bellica ſiue ata, ſed ciuili. Eſt quippe duplex vis; Al- quæ manu fit, cum vi bellica & cruenta. ra ciuilis,& feſtucaria, quæ verbo dicitur. *.lib.20.Noct.Attic.cap.9.*

6. Et ita definitur actio in rem ſiue ven- tio, per quam rem noſtram, quæ ab alio idetur, petimus. §. *aut cum eo agit,h.tit. & d. onum*

7. Res noſtra appellatur, quæ dominii noſtra eſt, vel quæ noſtra propria eſt: Do- ium quippe & proprietas ſunt ſynonima, in iure ſignificantia *l.ſi procurator D.de acq. om.*

8. Et hoc eſt, quod Q.Mutius voluit, in- ns, Non videri alicuius eſſe id, quod ven- ri non poteſt *l.Quintus Mutius §.1.de auro & g.*

9. Quin & recte dicimus rem noſtram cuius vſusfructus alienus eſt, at proprietas a *l. recte dicimus D.de v.ſign.*

0. Proprietas itaq; vel plena, vel ſaltem ,cauſa eſt actionis in rem, non obligatio: o enim iure nobis obligatus eſt, cum quo ne in rem agimus, vt Imperator loquitur *h.tit.*

Nullo iure eſt obligatus, hoc eſt, non obis obligatus, ex contractu vel quaſi, ex ficio vel quaſi.

32. Eſt tamen nihilominus obligatus propter rem noſtram, quam ille poſſidet §. *item in iudicio Inſt. de except.* Ibi Imperator oſtẽdit, eum, cum quo in rem actione agitur, obligatum eſſe, & obligationem etiam poſt rem iudicatam durare,

33. Et ſic debere nobis dicitur, etiam qui in rem actione conuenitur. Quippe quod debendi verbum omnem omnino actionem comprehendat. *l. pecuniæ verbum* 179. *D. de verb. ſign. l.1. de compenſat. iunct. l. vlt. C. eod.*

34. Dicitur porro in definitione, *quæ ab alio poßidetur*, ſemper enim aduerſus poſſeſſorem rei vendicatio competit *d. l. actionum.* 25. *de O. & A.*

35. Et hoc de ſubſtãtia huius actionis eſt, idque optima ratione. Nam rem, quam quis ipſe poſſidet, nulla actione perſequi poteſt: quia à ſe ipſo rem peteret, & ſecum ageret, quod contra naturam actionum eſt.

36. Vtitur autem Imperator verbo præſentis temporis POSSIDETVR, propterea, quod, vt rei vendicatio ſiue actio locum habeat, præſens poſſeſſio exigitur, nec ſatis eſt, eum, qui conuenitur, aliquando poſſediſſe, teſte Paulo *in l. non alias D. de iudic.* & Vlpiano *d. l. actionum* 25.

37. Quæ tamen ICtorum Pauli & Vlpiani

ii reſponſa ita intelligenda ſunt, vt etiam
o præſente poſſeſſore habeatur, qui do-
ialo poſſidere deſiit: quia dolus malus pro
ſeſſione eſt. *l. qui dolo. de reg. iur.*

8. Sicut & is iisdem reſponſis compre-
ditur, qui quidem reuera non poſſidet,
etiam dolo malo poſſidere deſiit, ſed ta-
i fingit ſe poſſidere, & ita agere volentem
dominum decipit *l. ſi is qui obtulit. & l. ſin*
m. in pr. de rei vendicat.

9. Quod ſi quis neq; poſſidet, neque do-
ialo fecit, quo minus poſſideret, neq; fin-
e poſſidere, abſoluitur, *l. pen. de petit. hered.* &
dicari non poteſt ab eo, qui non poſſidet
cium de rei vendic.

o. In actione igitur in rem, ex parte A-
is requiritur dominium ſiue proprietas.
parte rei conuenti, poſſeſſio. Et domi-
m ſiue proprietas eſt cauſa actionis in
.

1. Qui tamē poſſeſſio quoque actionem
m parit *l. vnic. C. de alien. iud. mut. cauſ.* id-
o non male à veteribus traditum eſt, poſ-
onem etiam eſſe cauſam actionis in
.

2. Et notandum hic eſt; oportere rem
oralem eſſe, quæ petitur ſeu vendica-

3. Quod ſi res incorporalis, vt ſeruitus,

peratur, in hunc caſum proditæ ſunt duæ aliæ actiones; quarum altera dicitur confeſſoria, altera negatoria. Nam vt in corporalibus eſt vindicatio: ita in incorporalibus eſt confeſſoria & negatoria.

44. Confeſſoria actio, eſt actio in rem ciuilis, qua ſeruitutem nobis aut prædiis noſtris à re vel prædio alieno deberi aſſerimus §. *aquæ ſi agat. eodem. l.1. & tot. tit. ſi vſuſf. pet. & ſi ſerv. vindic.*

45. Negatoria eſt actio in rem ciuilis, qua intendimus ſeruitutem aduerſario in re vel prædio noſtro non competere *l.2.D.ſi ſerv.vindic.l.1.in pr.ſi vſuſf pet.*

46. Quod intelligendum eſt de qualibet ſeruitute. Omnes namque ſeruitutes tam perſonales quam reales, ruſticas & vrbanas, per in rem actionem petimus *d. §.aquæ.*

47. Ceterum hæc in rem actio, plurimũ diſtat ab actione in rem, per quam rem corporalem petimus.

48. Primo namque in hac actione, actor non dicit rem ſuam eſſe, ſed dicit ius ſibi eſſe fundo vel ædibus vtendi fruendi, vel per fundum vicini eundi, agendi, aut ex fundo vicini aquam ducendi *d.§.aquæ.*

49. Deinde actio in rem, quæ ſuper rebus corporalibus inſtituitur, ſemper affirmatiue concipitur. Dicit enim actor, rem quam

n aduerſarius poſſidet, ſuam eſſe. Actio m in rem, quæ ſuper ſeruitutibus inſtitui- non modo affirmatiue, verum etiam ne- ue concipi poteſt.

ɔ. Sic namq; actor agere poteſt, vt dicat erſario ius non eſſe fundo vel ædibus vté- uendi, vel per fundum eundi &c.

ı. Ideo vero ſuper rebus corporalibus ıtiue non agimus, quia nullus ſuper con- ıerſiis rerum corporalium huius actionis ırus eſſet vſus.

ɩ. Quamuis enim ego agendo negarem dum Tuſculanum, quem aduerſarius poſ- t, aduerſarii eſſe, ideoq; peterem fundum culanum mihi adiudicari, tamẽ nihil pro- em, propterea, quod licet fundus aduer- non ſit, inde tamen non ſequitur, eum ım eſſe.

3. Et cum nec mea res eſt, nec aduerſarii, us aduerſario illa relinquenda, quam mi- diudicanda eſt. Regula ſiquidem iuris eſt, ıri cauſa meliorem eſſe conditionem poſ- ntis *l. ſiue autem* § *ſi duobus. de public. in rem* *. in pari cauſa. de reg. iur.*

4. Quinimo iudex me, ad rem corpora- negatiue agentem, non audiet, quia non ıre meo ago, & de ſuo quisq; agere debet, ı de iure alieno *l. vti frui D. ſi vſusf. pet.*

5. Contra vero, cum de ſeruitutibus con-

trouerſia eſt, magnus eſt negatoriæ actionis vſus. Nam ſi agam aduerſario ius non eſſe fundo meo vel edibus meis vtendi fruendi, & intentionem meam probo, vinco, & aduerſarius fundo vel ædibus meis non vtetur. vide Borcholt *in d. §. æque.*

56. Sed iſtæ quidem actiones, quarum mentionem habuimus, & ſi quæ ſunt ſimiles, ex legitimis & ciuilibus cauſis deſcendunt. Aliæ ſunt, quas Prætor ex ſua iuriſdictione comparatas habet, quæ ob id Prætoriæ appellantur. vt inquit Imperator *in §. ſed iſtæ. eodem.*

57. Per ciuiles & legitimas Imperator intelligit, contractus vel quaſi, maleficia item, & dominium vel quaſi, quod in ſeruitutes cadit *d. §. ſed iſtæ. & §. in perſonam: eod.*

58. Cum igitur Imper. dicit, *iſtas actiones*, de quibus ante dixit, *ex legitimis & ciuilibus cauſis deſcendere*, hoc dicit, actiones ex contractu vel quaſi, aut ex maleficio deſcendentes, itemque actiones in rem, quibus rem corporalem aut ſeruitutem petimus, legitimas & ciuiles actiones eſſe.

59. Fecit quidem Imperator itidem mentionem actionum, quæ quaſi ex delicto deſcendunt, ſed iſtæ actiones ciuiles non ſunt, ſed Prætoriæ, quas Prætor ex ſua iuriſdictione comparatas habet *d. §. ſed iſtæ.* quas ICtus

in d.

.actionum §.fin. de oblig. & act. honorarias
ellat.

o. Ciuiles etiam actiones dicuntur, non
m quod legib. vel aliqua iuris ciuilis par-
int introductæ, ſed etiam quia ex certis le-
mis cauſ s & ciuilibus deſcendunt, *vt dici-
n d. § ſed iſtæ.*

1. Prætoriæ vero ex æquis & naturali-
tantum cauſis, non autem legitimis de-
ndunt. Et ciuiles quidem ipſo iure compe-
e dicuntur; Prætoriæ vero dari, *§.non omnes
de perp. & temp. act.*

52. Et quidem actiones illæ hactenus ex-
itæ, nimirum, rei vendicatio, confeſſoria
egatoria, ciuiles in rem ſunt: at ſunt præ-
eas etiam à Prætore actiones quædam in-
tæ tam in perſonam, quam in rem, actio-
n iure ciuili proditarum confirmandarum
ſa, aut vt id, quæ cauſa eſt potiſſima, quod
ciuili deeſſet, ſuppleretur. Hoc enim offi-
m Prætoris fuiſſe, infinitis exemplis de-
nſtratur.

53. Ceterum ſicut ciuiles actiones vel in
ı ſunt, vel in per ſonam: Ita quoque Præ-
ıæ actiones vel in rem ſunt, vel in per-
ıam.

64. Actiones Prætorias in rem Iuſtinianus
ordine recenſet quinque, puta, Publi-
nam, Reſciſſoriam, Paulianam, Seruia-

nam & quaſi ſeruianam, quæ etiam hypothecaria vocatur.

65. Publiciana actio, ab authore eius Publicio qui eam tanquam Prætor vrbanus in edicto ſiue in albo Prætoris propoſuit, nomen ſuum habet.

66. Ea hoc modo definiri poteſt, quod ſit actio in rem Prætoria, qua quis rem quam bona fide, aliquo acquirendi dominii modo, à non domino nactus eſt, nondum tamen vſucepit, & poſſeſſionem eius amiſit, à poſſeſſore eius petit & vendicat.

67. Cum enim Prætor Publicius animaduerteret, eo caſu, quo bonæ fidei poſſeſſor ante impletam vſucapionem amiſiſſet poſſeſſionem, iure ciuili actionẽ nullam eſſe proditam (quippe ita proditæ ſunt iure ciuili actiones, vt quis dominium vendicet, h. e. ſuum eſſe aſſerat) neque tamen æquum eſſe, vt is qui bona fide poſſediſſet, ſine cauſa poſſeſſione ſua excideret, neceſſarium eſſe duxit, id quod hac in parte iuri deeſſet ſupplere, & ad exemplum rei vendicationis aduerſus poſſeſſorem non dominum actionem in rem dari ei, qui reuera dominus nondum eſt, dominus tamen eſſe fingitur.

68. Et quidem natura actionis publicianæ, ſecundum easdem iuris regulas fere

diiudi-

diiudicanda eſt, quæ circa rei vendicationem conceptæ ſunt.

69. Primum enim ſicut rei vendicatio vero domino aduerſus poſſeſſorem datur; ſic publiciana hæc actio quaſi domino, vt qui nondum impleto legitimo vſucapionis tempore, rei dominus effectus non eſt, aduerſus poſſeſſorem quemlibet datur *tot.tit.D.de public. in rem act.& §.ſed iſtæ.h.tit.*

70. Datur itaque hæc actio contra tertiam, nimirum poſſeſſorem extraneum. Nam ſi res ad verum dominum ante completam vſucapionem peruenerit, Publiciana ceſſat.

71. Non enim Prætor, quia æquitatis tuam ſtudioſiſſimus, hanc actionem ideo cõparauit, vt res ſua domino auferretur, quod ſane iniquiſſimum eſſet. *l. pen. & vlt.D.de publ.in rem act.l.id quod noſtrum.de reg.iur.*

72. Sed vt bonæ fidei poſſeſſor, qui iuſto titulo à non domino rem nactus eſt, eam auferre & recuperare poſſit ab extraneo quopiam poſſeſſore, nec bonam fidem, neq; iuſtum titulum habente.

73. Hinc & a iure conſtitutum eſt, quod extraneus ille poſſeſſor, bonæ fidei poſſeſſorem, publiciana hac actione agentem repellere non poteſt regula illa, quæ alias tritiſſima eſt; Quia in pari cauſa, me-

lior ſit conditio poſſidentis *c. in pari. ext. de reg. iur. l. 9. § ſi duobus D de public.*

74. Deinde ſicuti in rei vendicatione veniunt quoque fructus & acceſſiones: Sic in publiciana hac illud quoque continetur, vt actori vincenti fructus & acceſſiones reſtituantur §. *etſi in rem. Inſt. de offic. iudic.*

75. Atq; ſic apparet naturam huius actionis plane ſimilem eſſe naturæ rei vendicationis, & iisdem iuris regulis vtramq; actionem fere conſiſtere.

76. Dico FERE; quia in eo differt rei vendicatio à Publiciana: quod illa non competit de re incorporali §. 1. *h. tit. & ſupra dictum*, hæc autem etiam de re incorporali moueri & intentari poteſt *l. 11. §. 1. de Public.*

77. Et ſic hæc actio vtilis eſt in rem actio, ſiue vtilis vendicatio *l. nec vtilem. ex quibus cauſ. mai.* & ideo ad exemplum vendicationis dari dicitur *l. in honorariis 35. de oblig. & act.* Hinc etiam Iuſtianus *in dicto §. ſed iſtæ* ait: nullam directam in rem actionem tibi competere. Ideo inquit directam, quia Publiciana vtilis eſt in rem actio.

78. Et hæc de Publiciana vera & in ſpecie ſic dicta: ſequitur quaſi Publiciana ſiue reſciſſoria, actioni ſuperiori è diametro contraria *d. l. in honorariis 35.* Illa namque per fictionem vſucapionem introducit, & vtilis eſt in rem

actio:

actio:at hæc vſucapionem completam reſcindit.*d.l. in honorariis, verſ.item Publiciana.*vnde & reſciſſoria actio dicitur *l.nec non §.pen. ex quib. cauſ.mai.*

79. Vt itaque Prætor in vera Publiciana actione ſupplet id, quod iuri ciuili deerat, & vſucapionem conſtituit, quæ reuera non erat; ita in quaſi Publiciana emendat id, quod iure erat conſtitutum, id eſt, vſucapionem completam reſcindit. Quoniam enim reſciſſa vſucapione datur, contra ius ciuile dari ait Paulus *in d.l.in honorariis.*

80. At dixerit quis: quomodo id fieri poſſit; cum Prætor vt iuris ciuilis miniſter, ea quæ iure ciuili conſtituta ſunt, non videatur poſſe reſcindere aut infringere.

81. Et ſane ſicut prætor dominum facere nequit §.2.*Inſt. de bon. poſſ.*: ita nec dominium vſucapione quæſitum trans ferendi poteſtatem habere debebat.

82. Sed ſciendum eſt, vſucapionem ipſo iure reſciſſam non eſſe, ſed agenti quaſi Publiciana, ſi obiiciatur exceptio dominii, cum replicatione elidendam eſſe. Si enim vſucapio ipſo iure eſſet reſciſſa, non fuiſſet opus actione Prætoria, ſed directa rei vendicatio ſuffeciſſet.

83. At directa rei vendicatio, cum profecta ſit a iure ciuili, atque vſucapione domi-

nium

nium iure ciuili eſſet acquiſitum rei, hoc caſu dari non poterat, eamque ob cauſam ad Prætorem eſt recurſus, qui etſi ius ciuile in totum non tollat, reſcindere tamen poteſt, ita vt alteri ſubueniat exceptione vel replicatione.

84. Et ita cum prætor exiſtimaret iniquū eſſe abſentiam alicuius iuſtam vel ipſi abſenti vel alii damnoſam eſſe *l.abſentia* 140. *de reg. iur. l.videlicet* 29. *D. ex quib. cauſ. mai.* imploratus ex officio, æquitate ita poſtulante, vſucapionem reſcindit, eaque reſciſſa, tum demum dat actionem, cui vſucapio nihilominus de iure ciuili opponi poteſt, ſed quæ iure Prætorio nullum habet effectum.

85. Quæ actio, eo quod reſciſſionis iſtius ſit quaſi effectus, dicitur Reſciſſoria, ſed proprie magis Reſtitutoria, quoniam ea ad rei noſtræ vſucaptæ quidem, ſed cuius vſucapionis nullus effectus ſit, de iure Prætorio agimus.

86. Cum enim res eſſet vſucapta, atque ita dominium translatum, agere volenti nulla de iure competebat actio, ſed poſtulata denegganda erat; vt tamen daretur æquitate ita poſtulante, vſucapionem non ipſam, ſed vim & effectum eius potius reſcindit, ſi rem accuratius intueamur, & reſtituit agere volenti actionem priſtinam, haud ſecus ac ſi vſucapio non proceſſit.

Impe-

87. Impedire tamen non poterat Prætor, quo minus à Reo opponeretur vſucapio. Reſciſſoria igitur præcedit; Reſtitutoria ſequitur; illa cauſæ locum habet; hæc effectus: illa expeditur officio Prætoris; hæc vero iure actionis.

88. Quæ igitur reſciſſoria dicitur, proprie actio non eſt, ſed actionis quædam præparatio: atque iterum reſciſſoria non eſt ipſa actio quaſi Publiciana, ſed reſtitutoria eſt illa, quam quaſi Publicianam appellamus.

89. Hinc actio quaſi Publiciana ita definitur, quod ſit actio in rem Prætoria, quæ reſciſſa iam ante vſucapione inter abſentes ex iuſta cauſa datur priſtino rei domino ad rem ſuam recuperandam.

90 Non ipſa vſucapionem reſcindi, ſed vſucapione, id eſt, vi & effectu vſucapionis reſciſſo ipſam dari, euidens textus eſt *in §. rurſus ex diuerſo. h. tit. & in d. l. in honorariis.*

91. Reſciſſa itaque vſucapione, tum demum actio redditur: quemadmodum & alibi quæ mero iure ciuili valent, per Prætorem reſcindi dicuntur, vt appareat, illum aperte contra iuris ciuilis authoritatem nihil facere velle, & niſi remoto iuris obſtaculo aduerſus leges ciuiles nihil indulgere *l. ſed cum patrono* 7. §. 1. *de bon. poſſ. l.* 3. §. *ſi emancipatus* 5. *de bon. poſſ. cont. tab. l.* 1. *in fin. princ. de feriis.*

92. Quæ ratio eſt, cur & vtilis dicatur hæc actio, quoniam directo aduerſus leges dari non poteſt. *l. necnon* 28. §. 2. *D. ex quib. cauſ. mai. & l. vlt. C. eod.*

93. Deinde datur hæc actio inter abſentes ex iuſta cauſa. Iuſta autem cauſa quæ ſit, duobus his articulis *in edicto, de in integrum reſtitutione* declaratur, videlicet; ſi aut ex neceſſaria cauſa olim abſentis bona vſucapta ſint; vel contra ex quacumque cauſa abſens eadem vſucepit.

94. Priori edicti parte abſenti contra præſentem vel abſentem conſulitur: poſteriore, præſenti vel abſenti, Reipublicæ cauſa contra abſentem quacunque de cauſa.

95. Vera enim eſt ſententia ICti in *l. abſentia* 140. *de reg. iur.* abſenntiam eius, qui Reipublicæ cauſa abeſt, neque ei, neq; aliis, damno eſſe debere; & quod in *l.* 29. *D. ex. quib. cauſ. mai.* dicitur: officium publicum nemini vel damno vel compendio eſſe debere.

96. Prior edicti pars vtilior & frequentior eſt, cuius tamen tractationem Iuſtinianus ad Digeſta reiicit.

97. Poſterior diſerte explicatur *in* §. *rurſus ex diuerſo Inſt. h. t.* Ac vt locum habeat, requiritur abſentia, & ea non reipublicæ cauſa tantum, ſed ex alia quauis cauſa contingentem quamuis Iuſtianus illius cauſæ tantum meminerit.

Et

98. Et quidem ita dicendum eſt, exempli cauſa *in d. §. rurſus.* ibi, ſi quis Reip. cauſa abeſſet, vel in poteſtate hoſtium eſſet *Inſt. h.t* illos caſus duos exprimi.

99. Nam certe contra quemcunque abſentem, qui rem alterius vſucapit, actio hæc prodita eſt, ſiue abfuerit Reip. cauſa, ſiue ob aliam cauſam quamcunque *l. item* 21. §. 1. *D. ex quib. cauſ. mai.*

100. Aduerſus eum quis reſtituitur, qui abfuit Reip. cauſa: quanto magis igitur concedenda reſtitutio contra eum, qui abfuit ſua voluntate. Nam quid quæſo præſenti hac in parte imputari poteſt, qui æque caret facilitate conueniendi illum, qui ſua abeſt voluntate, atque qui abeſt cauſa Reipublicæ?

101. Porro etiam abſentes cõtra præſentes per hanc actionem reſtituuntur, ſi forte præſentes abſentium res vſurparunt *l.* 1. *l. ſed etſi* 26 *§. vlt. d. tit.*

102. At quoad præſentem contra præſentem totus *§. rurſus ex diuerſo* totaque eius deciſio hodie correcta eſſe videtur, cum præſenti parti plenius mederi videatur Iuſtinianus, *in l.* 2. *C. de annali except.* quando vel ſola aditione magiſtratus, vel proteſtatione publice propoſita, præſens contra abſentem interrumpere vſucapionem poſſit. Zaſ. *in d. §. rurſus .n.*10.

103. Sed in caſu conuerſo, ſi præſens vſucapiat aduerſus præſentem, huius paragraphi vſus eſſe poteſt.

104. Illud pro concluſione huius actionis notandum eſt; hanc actionem vigore edicti Prætoris, iure antiquo, intra annum vtilem tantum competere, idque ideo, quod contra ius ciuile à Prætore dabatur *d. l. in honorariis* 35. *de O. & A. d. §. rurſus ex diuerſo.*

105. Quem annum Iuſtinianus in quadriennium commutauit *l. vlt. C. de tempor. in integ. reſtit.* vt ita *d. §. rurſus* abrogatus ſit & correctus per *d. l. vlt.* quæ Iuſtiniani eſt, & vna ex quinquaginta deciſionibus, poſteriori Codicis editioni adiectis. *Et tantum de reſciſſoria actione.*

106. Quemadmodū Publiciana & quaſi publiciana actio non de rebus quibusuis, ſed tantum de his, quæ nondum vel vſucaptæ, vel quaſi vſucaptæ ſunt, dantur: Ita & Pauliana non promiſcue competit de rebus omnibus, ſed de his tantum, quæ à debitore alienatæ ſunt in fraudem creditorum, ad reuocandum eas.

170. Eſtq; actio Pauliana, actio Prætoria in rem, qua creditores res in fraudem ſuam à debitore alienatas reſciſſa traditione repetunt. §. *item ſi quis h. titul. l.* 14. *D. quæ in fraud. credit.*

Eadem

108. Eadem etiam vocatur reſciſſoria & reſtitutoria; non quod ipſa reſcindatur venditio à debitore facta, ſed quod poſt eam demum reſciſſam detur, atque ita reſciſſionis ſit quaſi quidam effectus.

109. Quin & alio ſenſu reſtitutoria dici poteſt, quemadmodum & reuocatoria, nempe ab effectu, quoniam ea rem reſtitui petimus, ac proinde ab eo, in quem alienata eſt, reuocamus.

110. Vnde apparet duo iudicia attingi *in §. item ſi quis.* quorum vnum ſit præparatorium, alterum principale.

111. Præcedere enim aliquid hanc actionem manifeſtum eſt ex eo, quod dari dicitur reſciſſa traditione.

112. Id vero etiam poſtulat huius actionis natura. Niſi enim traditio prius reſcindatur, agetur ſine effectu, ſiquidem is, cui res tradita, traditione factus eſt rei dominus, iure gentium à iure ciuili comprobatus §. *per traditionem Inſt. de rer. div.*

113. Cum autem Prætor nec dominum facere poſſit, nec dominium cuiquam adimere, iure quidem ciuili ſtricto is, cui res eſt tradita, dominus manet, ideoque iure ciuili creditori actio in rem eo nomine non datur.

114. Deeſt namque vnum ex requiſitis rei

vendicationis, nempe dominium à parte agẽtis §. *ſed iſta h.tit.*

115. Prætor tamen naturalem æquitatem ſecutus ex bono & æquo rigorem iuris ciuilis mitigat, & ex ſua iurisdictione, reſciſſa traditione aut potius traditionis vi atque effectu fingit, nullam vnquam traditionem factam fuiſſe, ac proinde dat actionem, quæ Prætoria eſt, cum iuri ciuili ſit incognita, aut ſi quo modo cognita, ficta magis quam vera. Mynſ. *d.§. item ſi quis n.41.*

116. Tempus intra quod datur hęc actio, annale eſt, ex die ſcilicet factæ alienationis, puta ex cauſa oneroſa quando res corporalis diſtracta eſt: Si ex lucratiua cauſa intra triginta annos agitur. Sin vero res ſit incorporalis aut nomina alienata proponantur, tanto tempore durat reuocatoria actio, quanto debitoris actio duraſſet *Minſ. d.loc.n.53.*

117. Sequitur actio ſeruiana & quaſi ſeruiana. Actione ſeruiana experitur quis de rebus coloni, vel inquilini, quæ pignoris iure pro mercedibus fundi ei tenentur §. *item ſeruiana h.tit.*

118. Colonus eſt conductor prædii ruſtici, ſicut inquilinus conductor eſt prædii vrbani *l. res pignoris nomine D. de acq. poſſ.*

119. Coloni res non aliter domino prædii

dii pignori obligatæ dicuntur, quam ſi inter colonum & locatorem nominatim de hoc conuenerit. Inquilini autem res tacite, hoc eſt; ſine vlla conuentione pignoris iure prędii domino tenentur *l.4.D.quib.mod.pign.vel hypoth.l. 4.de pact.l.5.C.de locat.& cond.*

120. Sic namque Neratius ICtus docet, eo iure nos vti, vt quæ in prædia vrbana illata ſunt, pignori eſſe credantur, quaſi id tacite conuenerit: In ruſticis prædiis contra obſeruari *d.l.4.quib.mod.pign.& d.l.4.de pact.*

121. Rationem huius diuerſi moris Romani hanc habebant; quia domini prædiorum ruſticorum eo caſu hoc pactum de rerum pignore plane ſuperfluum eſſe exiſtimabant, cum abunde ſibi proſpectum animaduertebant, ſolo fructuum pignore. Donell. *de pignorib.cap.4.in fin.*

122. Contra autem in vrbanis prædiis id plane neceſſarium eſſe opinabantur, cum nulli fructus naturales ex ædibus percipiantur, ex quorum pignore dominis eorum caueri poſſit.

123. Ex quibus adductis facile intelligitur, quid ſit actio ſeruiana; quæ nimirum hanc ob cauſam propoſita eſt & introducta à Prætore, vt dominus prædium ſuum alii locans, de mercede tutus eſſe poſſit.

124. Et ita agit dominus hac actione, vt dicat res coloni iure pignoris ſibi nomina-

tum pro mercede fundi teneri, & idcirco mercede non ſoluta ſibi tradi oportere: aut vt dicat, res inquilini tacite pignori ſibi obligatas eſſe; itaque mercede non ſoluta tradendas.

125. Et ſane hanc actionem eo caſu dat Prætor, cum alias iure ciuili actio deficiat. Finge namque, Titium à me conduxiſſe prædium ruſticum, & conueniſſe inter nos, vt inuecta & illata pignori mihi eſſent pro mercedibus fundi, qui Titius poſtea mercedem non ſoluit: Quæritur, qua actione res ipſius, quas in prædio habet, perſequi poſſum?

126. Hic actionem in perſonam aduerſus Titium non habeo: quia actio illa ex contractu eſt, & res Titii in prædium illatæ, mihi non ex contractu, ſed nuda pactione ſiue conuentione pignori obligatæ ſunt: & iure ciuili ex nudo pacto actio non datur *l. iuris gentium* §. *igitur de pact.*

127. Rurſus non poſſum actione in rem aduerſus Titium experiri, quia non ſum dominus rerum in prædium illatarum. Iure itaque ciuili nullam actionem aduerſus Titium habeo, qua de rebus ipſius experiri poſſim.

128. At Prætor ex æquitate mihi dat actionem,

nem, quam à ſuo nomine ſeruianam vocauit, per quam vendico rem coloni, quæ pignoris iure mihi tenetur.

129. Actio quaſi ſeruiana, ad exemplum actionis ſeruianæ introducta eſt: vnde & quaſi ſeruiana dicitur: per hanc actionem creditores pignora hypothecasue extra oppignoratas res coloni & inquilini perſequuntur *d. §. item ſeruiana.*

130. Sane proprie loquendo pignus ab hypotheca differt, cum illud ſit rei mobilis, hæc vero rei immobilis: illud proprie ad creditorem tranſeat, at hæc quando res ſine traditione, nuda conuentione tenetur *h. tit. § noſt.* & aliis modis.

131. Hic autem quãtum ad actionem quaſi ſeruianam ſiue hypothecariam attinet, inter pignus & hypothecam nihil intereſt. Nam de qua re inter creditorem & debitorem conuenerit, vt ſit pro debito obligata, vtraque hac appellatione continetur, vt Iuſtianus loquitur *h. §. n.*

132. Hinc actio quaſi ſeruiana ſiue hypothecaria, quandoq; etiam pignoratitia actio dicitur. *l. 3. §. eſt autem D. ad exhib. l. 9. quib. mod. pign. l. 7. comm. diuid.*

133. Non tamen illa eſt pignoratitia actio, de qua in titulo de pignoratitia actione *in Digeſt. & Cod.* ſed ab eo plurimum di-

ſtat. Borch. *in §. creditor, Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.*

134. Et quod dictum eſt, actionem hypothecariam pro pignore dari, hoc ita procedit, (quod notandum eſt) ſi res creditori tradita non fuerit, ſed nudo tantum pacto ſiue nuda conuentione, pignori fuerit obligata. Hoc caſu, pro pignore iure prætorio competit actio quaſi ſeruiana ſiue hypothecaria *l. ſi tibi dicem §. de pignore de pact.*

135. Quod ſi res pignori obligata, creditori fuerit tradita, eamque creditor caſu aliquo amiſerit, iure ciuili, poſſeſſionem amiſſam, quam creditor habet, vindicare poteſt.

136. Non tamen hæc vendicatio eſt quoque dominii vendicatio, ſed hypothecæ ſiue pignoris tantum. Ex quo intelligitur, non omnibus in rem actionibus, dominium vendicari.

197. Iuſtinianus excipit hic caſum vnicum in fure, qui etſi rem auferendo eius dominus non fiat, conuenitur tamen à domino actione, ſi pareat eum dare oportere, id eſt, actione perſonali, quaſi translato dominio rei in furem, quod actor in ſe transferri petat.

198. Exceptionis rationem eſſe dicit,

tiua autem etiam contra furem vel heredem, quamuis non poſſideant *l. ſi pro fure 7. §. 2. de condict. furt.*

204. In rei vendicatione malæ fidei poſſeſſor, adeoque etiam fur, non præſtat caſum fortuitum, *l. illud. 40. de hered. petit. l. vtique 16. de rei vendic.* & exinde ſi res ſine dolo aut culpa furis intereat, fur liberatur, *arg. l. ſin autem 27. § ſi homo D. de rei vendic.* ſed re furtiua peremta, nihilominus recte intendo eam mihi dari oportere *l. in re furtiua 8. l. vlt. D. de condict. furt.*

205. Altera actionum diuiſio eſt, quod quædam actiones rei perſequẽdæ gratia comparatæ ſunt, quædam pænę perſequendæ, quędam miſtæ ſunt *§. ſequens. h tit* Ideo tales dicuntur, vt aliis rem., aliis pænam, aliis vtrumque nos perſequi Imperator oſtenderet. *De altera actionum diuiſione*

206. Quæ diuiſio ad multa eſt vtilis. Siquidem rei perſecutoriæ actiones perpetuæ ſunt etiam Prætoriæ: Pænales autem actiones annali ſpatio circumſcribuntur: illæ ad heredes, & contra eosdem transmittuntur: pænales hæ non item: Illæ fauorabiles ſunt: hæ odioſæ cenſentur. *tot. tit. inſ. de perp. & temp. act. l. interpretatione D. de pæn.*

207. Rei perſequendæ cauſa comparatæ ſunt omnes in rem actiones: & in perſonam

çæ pene omnes, quæ ex contractu natæ ſunt, veluti mutui, commodati, depoſiti, pro ſocio, ex emto vendito, locato conducto: his enim omnibus ſimplum, h.e. ſolam rem perſequimur *d.§.ſequens.*

208. Sane quando quis incendii, ruinæ, naufragii & tumultus tempore deponit, & depoſitarius inficiatur depoſitum per dolum, tum in duplum condemnandus venit depoſitarius. Et inde depoſiti actio & rei & pænæ perſecutoria eſt, adeoque mixta *d.loc.*

209. Actio perſecutoria pænæ, eſt actio furti, qua duplum vel quadruplum petitur, nec res ipſa ineſt, ſed illa per alias rei perſecutorias actiones petitur tam à fure quam à quolibet alio. *l.7.§.2. de cond. furt. §. ex maleficiis h. tit.*

210. Mixtæ actiones ſunt, actio vi bonorum raptorum, legis Aquiliæ, & actio ex teſtamento competens pro legatis locis venerabilibus relictis *§. vi autem bonum raptorum. h. tit.*

211. Actio vi bonorum raptorum mixta eſt, quia dum quadruplum ea petitur, res ipſa rapta ineſt, & præter eam pænæ loco triplum exigitur *d.loc.*

212. Actio legis Aquiliæ eſt itidem mixta: quia ſi reus conuentus neget ſe damnum dediſſe, & deinde conuincatur, tenetur in duplum;

plum.*l.*24.§.10.*D.ad L.Aquil.*cuius ſimplum eſt res, reliquum pæna.

213. Sic etiam ſi quis ſeruum occidat, quē luat, quanti plurimi eo anno fuerit, mixtim dicitur conueniri.*d.*§.*vi autem.*

214. Tertia actio eſt mixta: quia ſi heres, vel is qui grauatus eſt, à teſtatore iubeatur, vt legata ſacris locis relicta expediat, is vero vel neget aliquid relictum eſſe, vel præſtationem, donec in iudicium vocetur, differat, conuenitur in duplum, vbi partim res, partim pæna eſt. *d.loc.*Et hæ mixtæ ſunt actiones ex maleficiis,

215. Sane ſunt etiam adhuc aliæ mixtæ actiones, quibus tamen illud nomen alio ſenſu tribuitur, nimirum, non, quod partim rem, partim pænam perſequantur, ſed quod partim in perſonam ſint directæ §. *quadam* 18. *h.tit.*

216. Eiusmodi eſt actio familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, & finium regundorum: Actio familiæ erciſcundæ, eſt actio perſonalis, quæ datur inter coheredes de diuidendis rebus hereditariis communiter relictis: & hucusque eſt actio realis.

217. Sed quatenus vnus coheredum petit etiam impenſas, quas forte ante petitionem diuiſionis in res hereditarias ſolus fecit; aut alter petit fructus à ſolo coherede

perceptos, eatenus perſonalis eſt : & propterea hæc actio mixta dicitur *l.22.D. famil.erciſc.*

218. Actio communi diuidundo inter illos redditur, inter quos aliquid commune eſt, aliter tamen quam ex cõiunctione heredum, vt id diuidatur.

219. Et hæc actio realis vocatur, quia iure dominii, quod in re communi habemus, noſtram portionem vindicamus. Perſonalis, quia per eam perſonales præſtationes, vt damni dati in re cõmuni, fructuũ ex ea perceptorum, expenſarum factarum, petimus ab eo, cum quo rem communem habemus *l.4.§.3. eod.* Et quatenus ita vtriusque actionis fit concurſus, actio hæc mixta vocatur. Zaſ. *in §. quadam. h. tit.*

220. Differt actio communi diuidundo, ab actione pro ſocio. Quod ei non ſit locus, niſi ſocietas intercedat, quæ expreſſo conſenſu contrahatur. Communio autem poteſt eſſe citra ſocietatem, vt puta, cum non affectione ſocietatis incidimus in cõmunionem: Vt euenit in re duobus ſimul legata, vel inter eos qui pariter eandem rem emerunt : aut ſi donatio communiter nobis obuenit. His enim & ſimilibus caſibus ſine ſocietate res communis eſt.

221. Actio finium regundorum inter confines

fines redditur de agrorum finibus regundis. Fines regere nihil aliud eſt, quam terminos & limites agrorum & fundorum diſcernere & conſtituere *d. §. quadam.*

222. Mixta eſt hæc actio. Nam pro vendicatione eſt *vt dicitur in l. 1. D. eod.* cum petamus ab arbitro huius iudicii quod noſtrum eſt declarari. Deinde in perſonam eſt, quoniam & quod noſtrum non eſt, interdum nobis adiudicatur, & perſonales quasdam continet præſtationes *d. l. 1. l. 2. §. & vlt. eod.*

223. Tertia diuiſio actionum eſt, quod omnes actiones vel in ſimplum cōceptæ ſunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum. Vlterius autem nulla actio extenditur §. *omnes* 19. *eod.* niſi quod lege Moſaica furtum bouis quintuplo puniretur *Exod.* 22. ***De tertia actionum diuiſione.***

224. In ſimplum competunt regulariter omnes actiones, quæ ex contractu vel quaſi proficiſcuntur, quæque ſolum ſunt rei perſecutoriæ. Exceptio eſt in depoſiti actione, & in eo contractu, in quo intereſſe & pæna eſt appoſita §. *in ſimplum*, vbi Zaſ. & Schneid.

225. Actiones in duplum conceptæ, ſunt actio furtii nec manifeſti, legis Aquiliæ, depoſiti miſerabilis, ex teſtamento pro legatis venerabilibus locis *d. §. in duplum.*

226. In duplum etiam eſt actio ſerui corrupti, ſeu actio de ſeruo corrupto. Sed huius actionis, conditione nimirum ſeruorum hodie ſublata, nullus videtur amplius eſſe vſus. Frequentiori tamen Dd. Calculo vtiliter ea datur, de corruptis quoquo modo poteſtati noſtræ ſubiectis.

227. Cum itaque directo ea actio daretur aduerſus eum, qui ſeruum alienum ſeu ancillam corrupiſſet, vel ei perſuaſiſſet dolo malo, vt cum bonus eſſet, fieret malus, aut cum malus eſſet, fieret deterior. *d.loc.*

228. Vtiliter ea datur de filio filiaueſalias corruptis *l. vt tantum* 14. §.1. *de ſeru. corr.* & magiſtratui de corruptis ſubditis *Dd.ad.h.* §. & marito de vxore corrupta. Zaſ. *h.tit.numer.* 5. & nobilibus de corruptis ruſticis.

229. Et quidem cum dicatur corrumpi vel animus, vel corpus; corporis corruptio vindicatur actione legis Aquiliæ; corruptio vero animi vindicatur hac actione ſerui corrupti. Hac actione condemnatus, fit infamis *l.nec quicquam* 56.*D.pro ſocio.*

130. In triplum competit actio aduerſus eum, qui vt ampliores & maiores ſportulas, viatores ferrent, plus debito, ſiue vt Imperator loquitur, maiorem vera æſtimatione quantitatem, in libello conuentionis complexus eſt.

Spor-

231. Sportulæ ſunt ſumtus, qui in litem faciendi ſunt. Viatores ſunt litium executores, vt qui in ius vocant, iudicata exigunt.

232. Pone itaque; Viatori de centum aureis vnum deberi. Ego Titio debeo centum, Titius à me mille petit, propterea tantum, vt viatori decem dem. Hic damnum, quod actor mihi dedit, in triplum ab eo, perſequi poſſum condictione ex lege.

233. Appellauit Iuſtinian. actionem hanc, candictionem ex lege, propterea quod omnes actiones, quæ ex nouis legibus ſiue conſtitutionibus deſcendunt, & proprium nomen nō habent, condictiones ex lege appellantur *l. vnic. de condict. ex lege.*

234. Recte itaque Iuſtinianus hanc actionem appellat condictionem ex lege; cum Iuſtinianus eam primam conſtituerit.

135. At nec huius actionis vſum eſſe fatentur interpretes: Nullæ enim ſportulæ tales hodie apparitoribus dantur, aut à litigatoribus exiguntur. Zaſ. *h. tit. n. 5.*

236. Ceterum actio hæc in triplum concepta hodie porrigitur ad artifices, qui carius operas vendunt, locant. *Nou.* 122. quod vtinam ad quoduis commerciorum genus reduceretur, vbicunque non ita exſtaret deceptio. Weſenb, *h. tit. in pr.*

237. In quadruplum quatuor actiones

competunt; Actio furti manifeſti: actio quod metus cauſa; actio in factum, qua calumniatores tenentur, h.e. qui pecuniam acceperunt, vt negotium alicui facerent, aut non facerent. *l.1.de calum.* Et denique condictio ex lege, quæ in viatorem, qui ampliores & maiores ſportulas à reis accepit, quam accipere debebat, datur. *d.*§.

236. Actio furti manifeſti eſt in quadruplum: quia dominus, vel is cuius intereſt, ea quadruplum perſequitur circa rem furto ſubtractam, *vt ante dictum.*

239. Actio Quod metus cauſa ei competit, qui paſſus eſt metum cadentem in conſtantem virum: ob quem forte rem ſuam reliquit, aut in alium tranſtulit. Et hæc actio intra annum etiam eſt in quadruplum; poſt annum vero in ſimplum, eius nimirum, quod ob metum alicui datum eſt.

240. Actio in factum aduerſus calumniatores datur in quadruplum: quia etiam hæc, ſi intra annum intenditur, exigit quadruplum eius, quod calumniator calumniãdi cauſa accepit: poſt annum vero ſimplum. Et in illo quadruplo ineſt quoque id, quod accepit, *l.5. & tot.tit.de calumn.*

241. Vltima actio in quadruplum concepta, eſt, vti dictum, condictio ex lege ſeu condictitia actio, prodita lege ſeu conſtitutione

tione Iuſtiniani: quæ tamen non exſtat. Puniebantur hac lege illi, qui vt executores & apparitores magiſtratuum pro opera ſua plus quam oportebat, ſportularum nomine exigebant à litigatoribus.

242. Verum cum hodie deſideretur hic allegata Iuſtiniani conſtitutio, & nulla ſint fere tribunalia, quæ non certa ſalaria, & mercedes apparitoribus iudicum definierint, non male quæritur, An ſi iidem plus, quam oportet, à litigantibus exegerint, in quadruplum aduerſus illos agere liceat? *argumento huius.* §.

243. Diſtinguit Zaſius *hic n.* 5. vt ſi ſtatuta, modũ ſportulis & ſalariis apparitorũ ſtatuentia, habeant adiectam in transgreſſores certam pænam, quadrupli pænam hic poſitam ceſſare *arg. l. in toto iure* 80. *de reg. iur. l.* 2. *C. de nox. act. vbi Dd.* Menoch. *remed. recup.* 9. *quæſt.* 5. *n.* 339. *& ſeq.* Si vero ſtatutum ipſum nullam pænam contineat, intelligi ex hac lege pænam quadrupli. Quam diſtinctionem ſequitur Peckius *de iure ſiſtendi cap.* 27 *n.* 4. *&* 5. & comprobat Mudæus *in. h. tit.* 1. §. 1. *n.* 1. *&* 2.

244. Duo enim Iuſtinianus ſua conſtitutione hic allegata fecit, videlicet, modum ſportulis definiuit, & in transgreſſores pænam quadrupli ſtatuit: quamuis igitur ſtatuta tri-

bunalium paſſim immutauerint modũ ſportularum, non tamen propterea alia pars conſtitutionis Iuſtiniani, quę pænã conſtituit, ſublata eſt *arg. l. celſus D. de recept. & arg. l. præcipimus 32. in fin. C. de appell.*

245. Ita enim in ſtatutis facienda interpretatio, vt quam minimum derogent iuri communi: & licita eſt etiam in pænalibus extenſio, vbi eadem ratio verſatur: idemque eſt, crimen officialis excedentis legem vel ſtatutum. Mudæus. *d. loc.*

246. Et hæ quatuor actiones in quadruplum in eo differunt, quod reus in actione Quod metus cauſa, quadrupli pænam euitat, ſi ante ſententiam arbitrio iudicis rem per vim aut metum ablatam reſtituat *l. item ſi cum exceptione §. 1. quod met. cauſ.*

247. Secus eſt in reliquis tribus in quadruplum actionibus. Nec enim reus quadrupli pænam effugit, ſi ante condemnationem rem iſtam reſtituat, ſed omnimodo in quadruplum condemnatur. Si ergo fur manifeſtus rem furtiuam domino reddat, non propterea fur manifeſtus eſſe deſinit, nec quadrupli pænam euitat. Nemo enim tali peccato, pænitentia ſua nocens eſſe deſinit *l. qui ea mente. de furt.*

De quarta diuiſione actionum

248. Quarta diuiſio actionum eſt, quod omnium actionum realium & perſonalium quæ-

quædam ſunt bonæ fidei; quædam ſtricti iuris.

249. Actiones bonæ fidei certo numero definitæ ſunt, nempe actio commodati, depoſiti, pignoratitia, emti venditi, locati conducti, pro ſocio, mandati, negotiorum geſtorum, tutelæ, communi diuidūdo, familiæ erciſcundæ, hereditatis petitio, actio pro dote, actio præſcriptis verbis ex æſtimato, & actio præſcriptis verbis ex permutatione *§. actionum h. tit.*

250. Dicuntur bonæ fidei: non quod in iis tantum actionibus bona fides ſit neceſſaria. Bona namque fides in omnibus contractibus præſtanda eſt *l. ſi mandato Titii* §. 1. *mandati.* Nullus enim contractus, nullum negotium, eſt; à quo malitia, fraus, dolus, mala fides abeſſe non debeat, & in quo bonam fidem conſiderari non ſit æquum. *l. 4. C. de obl. & act.*

251. Sed quod in formula ſiue actione à Prætore præſcripta, addita erant hæc verba, *ex bona fide*, teſte Cicerone *in Topicis, & libr. 3. offic.*

252. Et dictis verbis, *ex bona fide* formulæ ſiue actioni additis, iudici libera poteſtas dabatur ex bono & æquo æſtimandi, quantum reus actori reſtituere debeat, etiamſi in

lege contractus quid prætermiſſum *h.* §. *&* §. *conductor. Inſt. de locat.*

253. Ceteræ omnes ſiue reales ſint, ſiue perſonales, præter iam enumeratas ſtricti iuris ſunt, in quibus iudex præciſe aſtrictus eſt pronunciare de actione in iudicium deducta, ſecundum naturam ei actioni à legibus & iure datam.

254. Quamuis & hæ, quæ ſtricti iuris ſunt, fieri poſſunt bonæ fidei per oppoſitã doli exceptionem vel replicationẽ, quæ actioni ſtricti iuris addita, facit, vt iudex ex æquo & bono iudicare poſſit *l. Seia* 47. *D. de donat. int. vir. & vxor. l. aduerſus fratrem* C. *de except.* Cuiat. 3. *Obſ.* 17.

255. Diſtinctionis huius ratio ex iure eſt triplex: vna ex parte iudicis: altera ex parte litigantium: tertia ex natura ipſarum actionum.

256. Ex parte iudicis: Primo quod in actionibus bonæ fidei officium iudicis eſt liberum §. *in bonæ fidei h. tit.* in actionibus ſtricti iuris eſt ſeruum. *l. quicquid* 99. *de verb. oblig.* Deinde quod in bonæ fidei actionibus vſuræ debeantur, ſi mora commiſſa ſit, idque ex officio iudicis *l. mora* 32. §. *in bona D. de vſur. l. in bona fidei* C. *eod.* in his nullæ debentur ex mora.

257. Cur hæc vltima differentia referatur

tur ad officium iudicis, ratio hæc eſt: quia vt maxime vſuræ dicantur fieri ex mora, id tamen ſic accipiendum eſt, deberi eas non iure obligationis (mora enim non eſt modus acquirendæ vel tollendæ obligationis) ſed arbitrio iudicis, pronunciantis vſuras deberi *l.quæro 54.locati.l.aduerſus C. eod.*

258. Eamque ob cauſam Cuiatius ſcripſit, vſuras impropriè dici deberi ex mora. Cuiat: *tract.3.ad Afric.ad l.10.D.rem.pup.ſalu.fore.*

259. Ceterum alterum huius differentiæ membrum, quo dictum, vſuras in ſtricti iuris iudiciis non venire ex mora, non eſt ſine difficultate.

260. Nam licet in eo conſentiant omnes, ſi mora ſit extraiudicialis, vel facta per interpellationem, vſuras non deberi, ſi tamen mora ſit contracta ex litis conteſtatione, diſſentiunt.

261. Vulgo tamen receptum eſt, eas ne ex litis quidem conteſtationis tempore deberi. Cuiat. *in tract.ad Afric.ad l.37.D.de vſuf.& lib.14. Obſ.22.* licet contradicat Coraſius, exiſtimans vſuras in ſtricti iuris iudiciis deberi ex tempore litis conteſtationis. Coraſ. *lib.2.Miſcell.7.& in l.bonæ fidei.h.tit.*

262. Tertio in bonæ fidei iudiciis fructus veniunt à tempore moræ: in ſtrictis neque ex tempore moræ, neque ex tempore litis

conteſtatæ iure rigido: ex lite tamen conteſtata debentur ex æquitate, idque ex ſententia Sabini. *l. videmus §. ſi actionem. de vſur.* vide Mynſ. 6. *Obſ.* 50.

263. Ex parte litigantium hoc eſt, quod in bonæ fidei iudiciis vſuræ debentur ex pacto in continenti appoſito: In ſtrictis non aliter, niſi ſtipulatione interueniente. *l. Titius* 34. *de præſcript. verb. l. quamuis C. de vſur.*

264. Excipiuntur tamen quidam caſus circa mutuum, puta, in pecunia ciuitatum, in pecunia nautica, in pecunia argentariorum, in quibus vſuræ debentur etiam ex pacto, ſicut & in rebus aliis, quæ menſura conſtant, vt in oleo, vino, frumento, atque in his propter earum pretium incertum, eo, quod crediti tempore magno plerumque, ſolutionis paruo conſtant *l. frumenti C. de vſur.*

265. Vſuræ igitur, vt ſummatim colligam, in ſtricti iuris iudiciis regulariter ex pacto non debentur, nec ex mora, ſed tantum ex ſtipulatione *l.* 24. *de præſcript. verb. l.* 11. *&* 12. *de vſur. l.* 3. *C. eod.* in bonæ fidei vero iudiciis veniunt nō tantum ex tempore litis conteſtatæ, & ex ſtipulatione, verum etiam ex pacto nudo, itemque ex mora.

266. Ex natura actionum hoc primo eſt, quod exceptiones actionibus bonæ fidei inſunt ipſo iure: non actionibus ſtricti iuris, *l. ſed etſi.* 21. *ſolut matrim.* Ineſſe

267. Ineſſe autem dicuntur ipſo iure, non quod illas opponere non ſit neceſſe (cum enim facti ſint, iudex niſi opponantur, eas diuinare non poteſt) ſed quod iudex earum rationem habeat, etſi à Prætore in formula ab ipſo iudici præſcripta earum mentiò facta nulla ſit; habenda tamen earum nihilominus ſit ratio à iudice, ſi à reo oppoſitæ fuerint. Vult. *in §. actionum n.* 22.

268. Secundo dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, facit contractum ipſo iure nullum: ideoque re integra nulla exinde eſt actio: non amplius integra, actio quidem datur, non tamen ex contractu, vt pote qui nullus eſt, ſed de dolo ſubſidiaria: dans autem cauſam ſtricti iuris contractui, ipſum quidem contractum iure ipſo nullum non facit, ſed facit, vt contractus, qui eſt initus, actione vel exceptione doli reſcindi poſſit *l. eleganter* 7. *de dolo l.* 36. *de verb. oblig.* vbi late Cuiat. eaque communis eſt.

269. Dolus autem contractui cauſam dare dicitur, cum, qui dolo decipitur, alias contractum non fuiſſet initurus, niſi dolo ad eum celebrandum inductus fuiſſet.

270. Quod ſi vero dolus in contractum incidat, tum ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris contractus ſit, validus eſt atque ſubſiſtit: verum in eo adhuc eſt differentia, quod in illo

dolus ſarcitur per actionem ex eo contractu deſcendentem: in hoc, nempe ſtricti iuris, per actionem vel exceptionem doli.

271. Incidere autem dolus dicitur in contractum, cum nihilominus contractus celebrandus erat, et dolus non interueniſſet, ſed interim dum contrahitur, per accidens fit, vt dolus committatur.

272. Præterea in bonæ fidei iudiciis in litem iurari ſolet, quanti nimirum res æſtimetur, quæ ab actore poſſidetur: quod non fit æque in actionibus ſtricti iuris, niſi ex cauſa forte doli aut contumaciæ *l. in actionibus 5. de in lit. iur.*

273. Et in ſumma obſeruandum eſſe monet Cuiatius, quod plerunque, vbi quid obtinere dicitur in iudiciis bonæ fidei, id exiſtimandum ſit, non obtinere in ſtrictis. Cuiat. 17. *Obſ.* 37

De arbitrariis actionib. 274. Ceterum præter bonæ fidei & ſtricti iuris actiones quasdam arbitrarias appellari, Iuſtinianus recte ait: Non ſunt enim arbitrariæ tales, quæ bonæ fidei actionibus poſſint connumerari, quoniam ab illis aperte diſtinguntur *in l. 3. §. in iis quoque D. de vſur.* Non ſunt etiam ſtricti iuris, nam & ab his eas differre ex *d. l. 3. & l. in actionib.* diſerte probatur.

275. Repugnat & definitio à Iuſtianiano tradita, præterquam quod nec omnes ſtricti iuris

iuris actiones arbitrariæ ſunt, ſed hæ tantum, quibus definitio competit. Zaſ. *h.n.*4.

276. Relinquitur ergo arbitrarias actiones eſſe tertium genus actionum, à ſuperioribus duobus generibus ſeparatum, vt recte probant Duarenus, Mudæus, & Donellus *in* §. *actionum h.*

277. Definiuntur autem arbitrariæ actiones à Iuſtiniano, quæ ex arbitrio iudicis pendent. Arbitrium hoc loco interpretari debemus interlocutionem quandam iudicis, quæ ſententiam iudicis antecedit. Theoph. *h.* & Coraſ. *lib.*4. *Miſcell.* 12.*n.*8.

278. Ita enim comparatæ ſunt hæ actiones, vt iudex reum condemnare aut abſoluere nequeat, niſi arbitrium ſuum prius interpoſuerit, vt reus aliquid faceret, quod videlicet petitioni & naturæ actionis conuenit, vt ſi id fecerit, tabſoluatur; ſin minus, condemnetur.

279. Et ab arbitrio, quod in actionibus arbitrariis ſententiam condemnatoriam præcedit, actionibus huiusmodi nomen inditum eſt *l. item ſi in exceptione &* §. *hæc autem actio D. quod met. cauſa l. arbitrio. de dolo malo.*

280. Sic dicitur, actionem Quod metus cauſa eſſe arbitrariam, quia quamuis ſit in quadruplum, non tamen in id ſtatim reus condemnatur, ſed tunc demum, ſi arbitrio iudicis iu-

bentis rem reſtitui non pareat *d.l.item ſi* 14. §. *hac autem*.

281. Quod ipſum non perinde in aliis actionibus fieri apparet, vbi ſimplex & pura eſt, ſecundum petitionem actoris, & quantitatem contractus, vel condemnatio vel abſolutio: hic vero arbitrium iudicis intercedit, & liberum illi relinquitur, habita ratione eius, quod intereſt actoris vel rei, pluris vel minoris reum condemnare, imo & interdum abſoluere, ſi id æquum videatur *l.* 4. §. 1. *de eo quod certo loc.* Cuiat. *in tract.* 3. *ad Afric. in l. centum. d. tit.*

282. Quocirca frequentius placuit, duas hic intercedere ſententias: prior illa iudicis ſententia verius interlocutio dicitur, quæ intercesſionem ſeu arbitrium iudicis continet: Hic enim iudex, priusquam negotium definiat, velut interceſſor quidam & beneuolus conciliator arbitratur & æſtimat, quemadmodum ex æquo & bono actori ſatisfieri oporteat.

283. Poſterior vero ſententia, vere eſt ſententia, ex arbitrio præcedenti pendens, per quam ita demum reus condemnatur, ſi arbitrio non obtemperans in contumacia perſeueret vsque ad ſententiam. Cuiat. *in d.l. item ſi quis.*

284. Interdum arbitrium ICti etiam

iuſſum

iuſſum vocant, *vt in l. qui reſtituere. in pr. de rei vendic.* Ibi Vlpianus inquit: Qui reſtituere iuſſus, iudici non paret, condemnandus eſt. His verbis oſtendit, Rei vendicationem eſſe actionem arbitrariam, & propterea iudicem in hac actione iubere rem reſtitui, & reum condemnare, ſi non pareat iuſſui.

285. Iuſſus igitur arbitrium eſt, & arbitrium ſiue iuſſus præcedit, & ſequitur condemnatio, ſi iuſſus reſtituere iudici non paret. vide Menoch. *lib. 1. de A. I. Q. quæſt. 1. n. 9. verſ. quare.*

286. Actiones vero arbitrariæ ſunt, Rei vendicatio, actio cōfeſſoria & negatoria: actio ſeruiana & quaſi ſeruiana, quæ etiā hypothecaria vocatur, itemq; Publiciana: actio Pauliana: actio Quod metus cauſa: actio de dolo: actio de eo quod certo loco promiſſum: actio ad exhibendum: actio rerum amotarum: actio finium regundorum, & denique actio triticaria. § *præterea h.*

287. Eſt vero inter actiones arbitrarias quoque differentia: quod ſcilicet in aliis in litem iuretur, in aliis non.

288. Iuratur in litem in illis actionibus, quibus ſolum in ſimplum agitur, quæque ad exhibendum vel ad reſtituendum competunt: idque optima ratione, ne ſcilicet alterius potius quam domini arbitrio pretium

rei ſtatuatur, quod iniquum eſſet, neue quaſi ab inuito domino res emi videatur. *l. nec quod 70.de rei vendicat. l.8.de in lit.iur.*

289. Non iuratur in litem in illis, quibus plus, quam ſimplum perſequimur. *l.9.§.vlt.l.3. §.1.& ſeqq.D.quod.met.cauſ.*

290. Sane quamuis poteſtatem hanc habeat iudex, vt ex æquo bono alterum alteri condemnet; non tamen debet nec poteſt incertam ferre ſententiam, ſed potius curare debet, vt omnino, quantum poſſibile ei ſit, certam ſententiam ferat, quamuis de incerta quãtitate actum ſit, vt fit in petione hereditatis, familiæ erciſcundę, vt & eius quod intereſt in facti obligationib. §.*curare h.tit.*ibi Zaſ.Schneid. & Mynſ.

291. Et quidem in vniuerſum & ſine exceptione in iudiciis omnibus, & bonæ fidei, & ſtricti iuris, & arbitrariis, denique vbicunque ſententia ferenda eſt, certam ſententiam iudex ferat: alias namque ſententia non valet niſi certa ſit ipſo iure, nec vnquam tranſit in rem iudicatam *l.pen.& vlt. C. de ſent.quæ ſine cert. quant.*

292. Cum controuerſiæ finem non impoſuerit, iudicis arbitrio incumbit *l.2.de re iud. l.Pomponius* 13. § *recepiſſe.l.21.* §. *Pomponius D. de reb.auth.iud.*

293. Et hoc faciet iudex, quantum poſſibile

ſibile eſt: Fieri enim poteſt, vt rei petitæ præſtatio ex electione debitoris pendeat, veluti in pluribus rebus disiunctim vel generaliter promiſſis, in quibus electio eſt debitoris, vbi etiam petitio certa eſſe non poteſt §.*huic autem. h.tit.*

294. Cumque exinde intelligatur, quid iudici incumbat: nunc videndum de Actore: cui cauendum eſt in libello actionis, vt non tantum certa ſit ipſius intentio, ſed & vera, vt ne plus quam illi reuera debetur, petat, neque minus. § *ſi quis agens.*

295. Quod ſi minus petierit quam ſibi debetur, tum quidem ſine periculo agit, vt Iuſtinianus loquitur, hoc eſt, cauſa non cadit, nec eam partem debiti, quam intentione ſua complexus non eſt, amittit, ſed in reliquum iudex aduerſarium in eodem iudicio condemnabit. §.*ſi minus. h.*

296. At plus petens olim omni eo, quod peteret, priuabatur, ſiue perſonali ſiue reali actione experiretur: niſi per ætatem vel imprudentiam lapſo ſuccurratur *l.1.l.11.D. de minorib.* §.*ſi quis agens.*

297. Hodie autem qui plus petit, punitur quidem, ſed pæna leuiori. Nam aduerſus eum, qui tempore plus petit, reo duplicantur induciæ, id eſt, tempus ſoluendi reo præfixum extenditur & duplicatur, & inſuper

reo prioris litis expenſas refundere cogitur *d. §. ſi quis.*

298. Qui vero re, loco & cauſa plus petit, tenetur aduerſario omne damnum reſarcire, quod ob illam rem ipſi illatum eſt. Imo qui re plus petit, in triplum quantitatis eius, quam reus ſportularum nomine executoribus litium dedit, condemnatur. *l.* 1. C. *de plus petit.*

299. Sane vno caſu ius antiquum in plus petitionibus ex autoritate Iuſtiniani hodie obſeruatur, videlicet ſi quis dolo malo à debitore ſuo cautionem exegerit, in qua maior quantitas expreſſa ſit quam ei reuera debebatur, & in ea cautione vsque ad litis conteſtationem acquieuerit. *l. fin. C. de plus petit.*

300. Quatuor itaque modis plus petitur, re, tempore, loco, & cauſa. Re plus peti dicitur, quando certa re vel quantitate debita, alia res, aut maior quantitas, quam debetur, petitur.

301. Tempore plus petitur, cum id, quod in diem vel ſub conditione debetur, ante diei vel conditionis euentum petitur.

302. Loco plus petitur, cum id quod certo in loco promiſſum eſt, alio in loco petitur, ſine commemoratione illius loci, quo dari debebat.

303 Denique cauſa plus petitur, cum ex

pluri-

pluribus rebus disiunctiue aut ſingulariter promiſſis vna res petitur ſimpliciter, & ita debitori electio præripitur *d.§.ſi quis agens.*

304. Sunt præterea actiones quædam, quibus nō ſolidum, quod nobis debetur, perſequimur, ſed modo ſolidum conſequimur, modo minus.

305. Sane in omnibus actionibus quidem regulariter ſolidum, id eſt, totum id quod nobis debetur, perſequimur; fit tamen ex cauſa, vt ſolidum non conſequamur, ſed minus: & inde actionibus quibusdam exequimur ſolidum, quibusdam non.

306. Cauſa illa triplex eſt; vel peculium: vel beneficium reo tributum, vt teneatur tantum in id, quod facere poteſt: vel mutua obligatio creditoris. Donell. *in §. ſunt præterea.*

307. Primum exemplum eſt actionis de peculio, qua agitur ex contractu filiorum aut ſeruorum, aduerſus patrem aut dominum, ad quantitatem vsque peculii, quatenus videlicet aliquid deductis debitis patris aut domini in peculio ſupereſt, quod vel tantundem, vel minus quam creditoribus debetur, eſſe poteſt *d. § . ſunt præterea.*

308. Alterum exemplum eſt de marito, qui dotis actione à muliere conuenitur. Vbi primum habetur ratio mariti, ne egeat: tum

vt nomine ſumtuum in res dotales factorum retentio illi concedatur, & tanto minus reſtituat, quantum alimentorum vel impenſarum nomine illi eſt relinquendum.

309. Tertium exemplum eſt in actione liberorum in parentes, & contra: ne ſcilicet vltra quam facere poſſunt, condemnentur, & ne egeant, ob pietatem parentibus debitam.

310. Quartum eſt in actione pro ſocio. Nam nec ſocius ſocium in ſolidum conueniri poteſt, ſed in quantum facere poteſt, idque propter ius fraternitatis *l.16.pro ſocio.*

311. Quintum eſt ex cauſa donationis. Nam & donator conuentus non tenetur, niſi in quantum facere poteſt: ne cui liberalitas ſua ſit damnoſa *l.19.§ 1.de re iudic.*

312. Sextum exemplum eſt in compenſationis exceptione, qua ſcilicet obiecta, fit ſimiliter, vt ſolidum id, quod petieramus, non conſequamur *l.vlt. C.de compenſ.*

313. Septimum & vltimum exemplum eſt in eo debitore, qui bonis ceſſit. Nam hic etiamſi poſtmodum ad pinguiorem fortunam reuertatur, & à prioribus creditoribus denuo conueniatur, tamen in id tantum condemnatur, quantum facere poteſt, quod eos vsque ſemper intelligendum eſt, ne egeat. *l.4. de ceſſ. bon. l.173. in pr. de reg. iur.*

314. Hucusque de actionibus eorum, qui

ſunt

ſunt ſui iuris: Nunc ſequuntur quædam quæ oriuntur ex factis eorum, qui ſunt alieni iuris; nimirum ex facto ſeu contractu filiorum, vnde tenentur patres: & ſeruorum, vnde tenentur domini, præſertim ſi peculium habuerint contrahentes. *Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt.*

315 Huius generis actiones recenſentur ſex: Actio quod iuſſu, Exercitoria, Inſtitoria, tributoria; actio de peculio, & actio de in rem verſo.

316. Actio quod iuſſu, eſt actio Prætoria perſonalis contra patrem, cuius iuſſu cum filio negotium eſt contractum.

217. Pone itaque: Titius iuſſu Sempronii cum filio ipſius contraxit. Hic Titius in filium iure ciuili habet actionem *l. tam ex contractibus D. de iudic.* In patrem non habet iure ciuili actionem. At iure Prætorio habet actionem quod iuſſu in ſolidum, quia quodammodo Titius cum patre, qui iuſſit, contraxiſſe videtur *l. 1. in pr. quod iuſſu.*

318. Idem dicimus, ſi Titius iuſſu Sempronii cum ſeruo ipſius contraxit. Hoc caſu, Titius in ſeruum actionem non habet, quia ſeruus contrahendo ciuiliter non obligatur. In Sempronium iure Prætorio habet actionem, quod iuſſu, in ſolidum. *§. ſi igitur iuſſu. Inſt. quod cum eo qui in aliena poteſt.* Scilicet, quia ita contrahit, fidem domini ſequi videtur *d. §. ſi. igitur.*

Ex-

319. Exercitoria actio datur in exercitorem nauis ex contractu magiſtri. Exercitor eſt, ad quem quotidianus nauis quæſtus pertinet. Magiſter eſt, quem exercitor naui præpoſuit, & cui curam nauis demandauit *l.1.§.magiſtrum de exerc.act.*

320. Inſtitoria actio datur in eum, qui inſtitorem tabernæ aut cuilibet negotiationi præpoſuit ex contractu inſtitoris *§.eadem ratione h.* Inſtitutor dicitur, qui negotiationi quæſtuariæ terreſtri prȩponitur: hodie vocatur Factor: dominus vero directus præponens *l.3. de inſtit.act.*

321. Actio tributoria datur in eum ad quē merx peculiaris pertinet, ad id, vt merces peculiares æqualiter cum creditoribus diuidantur: aut ſi inæqualiter diuiſio ſit facta, diſtributionis iniquitas corrigatur. *tot. tit. de tribut. act.*

322. Actio de peculio datur contra patrem, vt præſtet, quatenus peculium patitur *§. cum autem h.*

323. Actio de in rem verſo datur itidem contra patrem, ſine cuius voluntate filius contraxit, vt id totum præſtet, quod in rem eius neceſſario verſum eſt. *§.præterea h.*

De noxalib. actionibus

324. Sunt & actiones noxales, quæ ex delictis ſeruorum in dominum dantur. Noxa enim corpus, ſiue ſeruum, qui nocuit, ſignifi-

ſignificat. Noxia eſt ipſum delictum §.1.*Inſt.de noxalib.act.*

325. Quia vero ſeruorum conditio hodie ſublata eſt, haſce noxales actiones à foro noſtro receſſiſſe, non dubitatur.

326. Ceterum cum ſeruiis quodammodo iure ciuili æquiparantur pecudes *l.2.§.vt igitur.D.ad l. Aquil.* Ideoque, ſicut dominus ob noxiam ſerui conueniri poteſt *tot.tit.de noxalib. act.* ita & dominus conueniri poteſt, ob damnum à pecude datum *tot. tit. ſi quadrup. paup. fec. dic.* *Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.*

327. Hinc oritur actio de pauperie, per quam is, cuius quadrupes, quæ cicurum numero ſit, alicui damnum dederit, aut litis æſtimationem præſtare; aut ipſam quadrupedem noxæ dedere cogitur *l.1. D. ſi quadrup. & Inſt. eod.*

328. Quadrupedis appellatione pecudes ſignificantur, quæ gregatim habentur & paſcuntur, vt ſunt oues, capræ, boues, equi, muli, aſini, ſues, *l.legatis §.prioribus.de leg.3.*

329. Pauperies ſignificat damnum, ſine iniuria facientis datum. Pauperies itaque eſt ipſum damnum; at paupertas eſt ipſa conditio. Caper.*in lib.de Orthogr.*

330. Etſi autem canis inter quadrupedes non numeretur. §.1. *Inſt. h.* ſi tamen canis damnum dederit, dominus canis actioni

noxali de pauperie tenetur *l.1.§.ſed etſi canis.h. tit.*

331. Quod maxime verum eſt, ſi canem in ſua domo ſolutum habet. Nam ſi pro domo, vel taberna ſua vinctum habet, & canis damnum dedit, non tenetur *l.2. d.tit.ſi quadr.*

332. Illud omnino tenendum eſt, non omnes actiones eſſe eiusdem naturæ & qualitatis: Sed quasdam perpetuo durare: quasdam ad certum tempus. Illæ perpetuæ vocantur: hæ vero temporales.

De perpetuis & temporalib. actionib.

333. Actiones perpetuæ, ſunt actiones ciuiles tam in rem quam in perſonam, quarum illæ hodie regulariter ſpatio longi temporis ſiue 10. vel 20. annorum perimuntur *l.1.& paſſ. tot.tit. C. de præſcrip. longi temp.* Hæ vero vsque ad 30. vel 40. annos durant *l.3.C.de præſcript.30. vel.40.ann.*

334. Temporales actiones ſunt, quæ certo tempore, & à iure præfinito perimuntur, & ſunt pleræque Prætoriæ, quæ poſt annum non dantur §.1.*h.tit.de perp.& temp. act.* Ex pænalibus vero actionibus Prætoriis vna quoque eſt, quæ in perpetuum extenditur, actio ſcilicet furti manifeſti *d.* §.1. *verſic. aliquando tamen.*

335 Ex his actionibus perpetuis & temporalibus, quædam in heredes tranſeunt, quędam non tranſeunt.

In he-

336. In heredes tranſitoriæ actiones ſunt, quæ tam heredibus dantur, quam in heredes, ſiue contra heredes: huiusmodi ſunt actiones omnes perſonales rei perſecutoriæ, dummodo perſona principalis non doloſe egerit, vt ex dolo ſuo conueniri poſſit. §. *non autem h.* Actiones in rem itidem heredibus & in heredes dantur *l.* 17. *de public. in rem.*

337. In heredes non competunt actiones omnes ex delicto vel quaſi delicto competentes §. *non omnes h.* excepta condictione furtiua, niſi lis fuerit cum defuncto conteſtata, vel etiam lucrum aliquod ex delicto defuncti ad heredem peruenerit *l. omnes.* 26. *de O. & A.* §. *non autem h.*

338. Sic nec in heredes neque heredibus dantur actiones pænales, quæ meram vindictam & vtilitatem publicam reſpiciunt, vt eſt actio iniuriarum, & ſimiles *d.* §. *non autem h. tit. l. pen. de in ius voc. l.* 7. *de reuoc. donat.* Cuiat. 4. *Obſ.* 19.

De directis & vtilibus actionibus.

339. Pro Colophone actionum repetendum eſt, actiones alias eſſe directas, alias vtiles. Directa actio dicitur, quæ datur ex ipſis legis vel edicti verbis expreſſis. Vtilis, quæ quidem non ex ipſis verbis datur, ſed tantum ex ſententia & mēte legis *.l.* 7. §. *tertio l.* 9. *ad L. Aquil. l. actio* 47. *de negot. geſt.*

340. Et quidem vtiles dantur ad exemplum directarũ, vbi directæ deficiunt; ideoq; opponuntur directis *l.liber* 13.*D.ad L.Aquil.*

341. Effectus tamen tam harum quam illarum vtrobique idem eſt, non diuerſus: & in effectu idem quis conſequitur actione vtili, quod alius directa. Cuiat.19.*Obſ.*11.

De directis & contrariis actionibus

342. Alio vero ſenſu actiones directæ accipiuntur, cum opponuntur contrariis. Directæ ſiue rectæ inde nomẽ eſt, quod ſit Principalis, vtpote domino, aut poſſeſſori competens: Contraria autem dicitur, quod quaſi ex oppoſito reſpiciat directam, vt contraria ſit, non naturæ contractus, ſed actioni, quæ directa dicitur.

343. Quare directa, ſicut & principaliter commodum ſpectat agentis, ita directo etiam & principaliter ei datur in eum, cuius cauſa principaliter contractus initus non fuerat.

344. Contraria vero occaſione contractus & negotii in alterius commodum geſti, atque ita quaſi oblique præterque eius intentionem, cui ea competit. Ideoque contrariæ actiones his articulis ſignificantur, contra, è diuerſo, ex contrario *l.*2. *& vlt. de negot. geſt.* Eiusmodi actiones ſunt ſex: actio contraria negotiorum geſtorum, tutelæ, commodati, depoſiti, pignoratitia, & mandati. Cuiat.6. *Obſ.*2.

Nunc

345. Nunc admonendi ſumus, agere poſſe quemlibet hominem aut ſuo nomine, aut alieno, puta per Procuratorem. Hinc Procurator definitur, qui aliena negotia mandato domini gerit & adminiſtrat *l.1. in pr. de Procurat.* *De iis per quos agere poſſimus*

346. Et quidem Procurator dicitur actoris vel rei cum mandato: Idem dicitur defenſor, ſi ſine mandato reū defendat: Sed Procurator vniuerſitatis alicuius vel populi vocatur Syndicus. *l.1. & tot. tit. quod cuiusq; vniu. nom.*

347. Conſtitui poteſt Procurator in ciuilibus: imo & in criminalibus, ad excuſationes abſentum allegandas, ne reus tanquam contumax damnetur. *l. ſeruum 33. § publ ce. de procurat.* vide Gail. *lib.1. de PP. cap.*10.

348. Litigans tamen alieno nomine ſimpliciter non admittitur, niſi prius idonea & ſufficienti facta ſatisdatione, ad hoc, vt aduerſarium noſtrum pro eo, quod à nobis petiit, ſecurum faciamus: quod fit aut fideiuſſoribus datis, aut pignoribus traditis, vel etiam iureiurando pro qualitate perſonæ §. 2. *tit. de iis per quas ager. poſſ.* *De ſatisdatione*

349. Sequitur vt de exceptionibus diſpiciamus. Exceptio definitur, quod ſit actionis excluſio: vel, vt Cuiatius vult, allegatio reo competens. Cuiat. *in parat. de except.* *De exceptionibus.*

350. Eſtque alia perpetua, ſiue peremtoria, alia temporalis ſiue dilatoria. Peremto-

riæ ſunt, quæ appoſitæ actionibus intentatis; penitus eas tollunt ac perimunt, cuiusmodi eſt exceptio pacti de non petendo in perpetuum, item exceptio metus, doli mali, iurisiurandi, rei iudicatæ, transactionis & ſimiles §. *perpetuæ h.*

351. Dilatoriæ exceptiones ſunt, quæ oppoſitæ intentatis actionibus eas non tollunt aut perimunt, ſed ad tempus duntaxat differunt, cuiusmodi eſt pactum de non petendo ad certum tempus, item exceptio incompetentiæ & procuratoria, §.*temporales. h.*

352. Exceptionum peremtoriarum proprium eſt, quod in quauis actione regulariter poſt litem conteſtatam vsque ad ſententiam proponantur, *l.9.C.de except.* Mynſ.1.*Obſ.24.numer.*13.

353. Dilatoriæ vero exceptiones regulariter ante litem conteſtatam opponuntur & diſceptantur *l.ita demum C. de procurat. l. pen. C. de except.* Gail.2.*Obſ.*107.

De replicationibus

354. Vt autem actionem exceptio, ita exceptionem oppugnat replicatio. Quæ exinde definitur, exceptio actoris, qua rei exceptionem replicando elidit. *l.2.* §.2. *de except.*

355. Replicationi iterum opponitur duplicatio, & huic rurſum triplicatio, inde tandem quadruplicatio *d.l.2.§.2.& 3.de except.* §.1. *& 2.de replicat.*

Hacte-

356. Hactenus de actionibus & exceptionibus: ſequitur nunc interdictorum materia. Vult autem interdicta hodie definienda eſſe Donellus, per actionem, qua de aſſerenda poſſeſſione vel quaſi agitur, ſiue eam nunc primum adipiſci, ſiue adeptam retinere, ſiue adeptam & amiſſam recuperare volumus. Donell. *ad tit. C. de interd.*

357. Et quidem ita eſt, quod interdicta maxime dentur, cum de poſſeſſione vel quaſi contenditur.

358. Poſſeſſionem definiuit Iauolenus *in l. quæſtio* 115. *de verb. ſign.* vbi ait: Poſſeſſionem eſſe vſum rei. Per vſum rei denotatur detentio. *De poſſeſſione*

359. Poſſeſſio alia eſt vera, alia quaſi. Poſſeſſio vera eſt rerum corporalium, mobilium & immobilium *l. 2. in pr. & §. 1. l. ſi rem mobilem. de acq. poſſ.* Quaſi poſſeſſio eſt rerum incorporalium *l. ait Prætor §. item ei qui D. ex quib. cauſ. mai. l. ſi quis diutina D. ſi ſerv. vendic. l. apparet §. pen. de itin. actuque priv.*

360. Porro poſſeſſio duplex eſt: Naturalis vel ciuilis. Naturalis eſt, quæ cõſiſtit in corpore, affectione quidem rem habendi, ſed citra ius & affectionem domini. Ciuilis eſt quæ conſiſtit in iure cum affectione domini *nemo C. de acq. vel retin. poſſ.*

361. Et licet vtraq; conſiſtat in corpore, & vtraque ſit legitima *vt eſt in d. l. nemo.* naturalis

tamen magis in corpore eſt, id eſt, in facto, quam in iure; ciuilis magis in iure quam in facto: ideoque hæc proprie poſſeſſio eſt, vt pote firmior & ſtabilior: illa etiam quidem proprie, ſed minus firma propter iuris dominii effectum.

362. Legitimam autem vtramque vocat Imperator, quia vtraque legibus & interdictis poſſeſſoriis defenditur, vt docet Cuiatius *lib. 9. Obſ. 33.*

363. Illa tamen poſſeſſio naturalis iniuſta eſt, quæ habetur vi, clam, precario, aut contra legem.

364. Modus poſſeſſionis acquirendæ eſt apprehenſio rei. Ea fit & corpore & animo, ſiue voluntate ſimul. Solo enim corpore vel ſolo animo poſſeſſio non acquiritur §. *poßidere Inſt. de interdict.*

365. Ita acquiſita ſolo retinetur animo, ne per ſingula horarum momenta rebus noſtris inſiſtere neceſſe habeamus, quod erat impoſſibile.

366. Et ſicut vtrumque requiritur ad conſtituendam poſſeſſionem: ita nulla amittitur poſſeſſio, niſi in qua vtrumque in contrarium actum eſt. adeoque poſſeſſio non amittitur ſolo animo, nec ſolo corpore, ſed vtroque ſimul. *l. quemadmodum* 8. *de acq. vel amit. poſſ. l. fere* 153. *de reg. iur.*

Et

367. Et hæc præmittenda erunt neceſſario de poſſeſſione, cum nimirum interdicta natura ſua tantum ſunt de poſſeſſione vel quaſi. *l.2.§.quædam D.eod.* *De interdictis*

368. Nulla ſunt interdicta de proprietate rei. Hinc iudicium, quod eſt de proprietate & domino κατ' ἐξοχὴν dicitur petitorium, nempe ab effectu petitionis, quod eo ius in re noſtrum eſſe declarari cupimus: de poſſeſſione vocatur iudicium poſſeſſorium, quia in eo deciditur non ius ſed poſſeſſio, cuius videlicet ea eſſe debebat, donec de proprietate diſceptetur.

369. Nulla, inquam, ſunt interdicta de proprietate rei, id eſt, quæ duntaxat proprietatis cauſam contineant, & poſſeſſionem nullatenus attingant. Cuiat. *in parat. C. eod.*

370. Sane ſunt quædam interdicta, quæ continent cauſam & proprietatis & poſſeſſionis ſimul, eaque de rebus tantum publicis, nulla etiam de reb. priuatis, *de quibus in l.1.§.fin. de aq. quotid. & æſt. l.3. §. hoc autem. de itin. actuque priu.* Cuiat. *in parat. C. de interd. & lib.5. Obſ.19.*

371. Summa autem diuiſio interdictorũ eſt, quod interdicta aut prohibitoria ſunt, aut reſtitutoria, aut exhibitoria *l.1.de interd.* *De prima diuiſione interdictorum*

372. Prohibitoria ſunt, quibus Prætor vetat aliquid fieri. Reſtitutoria ſunt, quibus Prætor iubet aliquid reſtitui. Exhibitoria

ſunt, per quæ Prætor iubet exhiberi §. *ſumme Inſt. h.*

De altera diuiſione interdictorum

373. Secunda diuiſio interdictorum eſt, quod aut adipiſcendæ, aut retinendæ, aut recuperandæ poſſeſſionis cauſa dantur *l. 2. §. hæc autem interdicta. de interd.*

374. Interdicta poſſeſſionis adipiſcendæ, ſunt interdicta cōparata, poſſeſſionis, quā nūquam habuimus, acquirendæ cauſa § *ſequens h.*

375. Ea ad duo genera reuocantur, quorum vnum eſt ex edicto Prætoris; alterum ex conſtitutionibus Imperatorum.

376. Ex edicto Prætoris tres ſunt interdictorum adiſcendæ ſpecies, vna Quorum bonorem dicitur, altera Quod legatorum, & interdictum Saluianum.

De interdicto Quorum bonorum.

377. Interdictum Quorum bonorum datur ei, cui ex edicto Prætor bonorum poſſeſſionem dedit contra tabulas vel ſecundum tabulas, vel vnde liberi, aut vnde legitimi, vt eam poſſeſſionem, quam ipſe verbotenus tantum dedit, corporaliter adipiſcatur.

378. Datur adueſus eum, qui vel pro herede poſſidet, id eſt, qui bona fide poſſidet, & putat ſe heredem eſſe, cum tamen non ſit, vel datur aduerſus eum, qui poſſidet pro poſſeſſore, hoc eſt, mala fide, vt qui ſcit hereditatem ad ſe non pertinere *l. pro herede. cum 2. ſeqq. D. de petit. hered.*

Conſi-

379. Conſilium Prætoris de hoc interdicto introducendo fuit, vt Prætorii ſucceſſores, quos Prætor ſua authoritate, data illis bonorum poſſeſſione, perduxiſſet ad ſucceſſionem, haberent perſecutionem ex hoc interdicto, qua conſequerentur res hereditarias ſine longa diſputatione: vti legitimi heredes habent petitionem hereditatis ad conſequendum dominium cum poſſeſſione rerum hereditariarum.

380. Interdictum Quod legatorum datur heredi ſiue bonorum poſſeſſori nomine legati, quod ſine voluntate heredis vel bonorum poſſeſſoris legatarius poſſidet, vel dolo malo poſſidere deſiit. *De interdicto Quod legatorum.*

381. Prætor introduxit hanc actionem, cui æquiſſimum viſum eſt, vnumquemque non ſibiipſi ius dicere occupatis legatis, ſed hoc ab herede petere, vt dicit Vlpianus *in l.1. in pr. D. quod legat.*

382. At hodie eo interdicto admodum opus non eſt: quoniam Iuſtinianus voluit, falcidiam non tantum retineri, verum etiam vindicari poſſe, eoque liberum fecit heredi; vt falcidiam vel vindicaret, vel hoc interdictum vtendo eam ſibi poſſeſſione acquiſita retineret. Cuiat. *in parat. C. eod.*

383. Vtrumque hoc interdictum ita ex parte actoris eſt poſſeſſionis adipiſceudæ:

ex parte Rei autem, ſi is condemnetur, reſtitutorium eſt §.*reſtitutoria.Inſt.h.*

De ſaluiano interdicto

384. Quod ad ſaluianum interdictum attinet, illud eſt de pignoribus ad eorum poſſeſſionem adipiſcendam §. *itaque ſi quis Inſt. h.* paratum in vſum creditoris.

385. Eſtque duplex, verum vel quaſi. Verum Saluianum eſt, quod datur locatori ad perſequendam poſſeſſionem rerum conductoris pro mercede pignori obligatarum tacite vel ſpecialiter.

386. Quaſi Saluianum eſt, quod datur creditori ad perſequendam poſſeſſionem rerum cuiuscunq; debitoris pignori obligatarũ.

387. Illud directo datur in ipſum conductorem: hoc directo datur in debitorem: at vtiliter datur vtrumque aduerſus quemlibet rerum oppignoratarum poſſeſſorem *l.*1. *in pr. de Salu.interd.l.*1.*de precar.* Cuiat. *in parat.D.& C. de Salu.interd.*

388. Interdicto Saluiano adfine eſt iudicium Seruianum, *de quo in §. item Seruiana Inſt. de act.* verum illud eſt iudicium petitorium, maioribusque probationum difficultatibus inuolutum: at interdictum Saluianum expeditius eſt, quod ſimpliciter tantum poſſeſſionis probationem exigit, nec exceptione dominii eludi poteſt.

389. Ex Imperatorum conſtitutionibus

ſunt

ſunt itidem interdictorum adipiſcendæ ſpecies. Vna eſt ex conſtitutione D. Seueri & Antonini Impp. *in l.3. C. de pign.* ex qua venditor, qui pactus erat, pecunia ſibi non ſoluta licere poſſeſſionem ſponte ſua ingredi, authoritate iudicis poſſeſſionem rerum pignoratarum adipiſcitur.

390. Altera eſt ex conſtitutione Iuſtiniani Imper. *in l. fin. C. de edict. Diui Adr. toll.* quod datur heredi in teſtamento inſtituto, vt prolatis teſtamenti tabulis in forma non vitioſis & legitimo teſtium numero munitis ſcriptus, immitatur in poſſeſſionem bonorum, quæ defuncti mortis tempore fuerunt, nec legitimo modo ab aduerſario poſſidentur.

391. Retinendæ poſſeſſionis interdicta ſunt, quæ comparata ſunt poſſeſſionis, quam habemus, tuendæ cauſa, aduerſus eum, qui in poſſeſſione iſta moleſtiam nobis faceſſit §. *retinendæ Inſt. h.*

392. Horum ſpecies duæ ſunt: vna, vti poſſidetis, & altera, Vtrubi. vtraque ita ab initialibus edicti verbis dicta, vtraque prohibitoria §. *prohibitoria h.*

393. Inrerdictum Vti poſſidetis eſt, quo quis tuetur poſſeſsionem rerum immobilium vel quaſi poſſeſsionem rerum incorporalium aduerſus eum, qui eandem ſibi poſ- *De interdicto vti poſſidetis*

ſeſſionem arrogat, aut alio modo poſſidentem turbat. *l.3.§.ſi vicinus D.eod.*

394. Petit igitur actor hoc interdicto agens, nempe vt poſſeſſionem ſuam, in qua turbatur, quiete retineat, & reus a turbatione deſiſtat, ac cautionem de non amplius moleſtando aut turbando præſtet, & damna atque intereſſe ſoluat.

De interdicto Vtrubi

395. Interdictum Vtrubi eſt ſuper retinenda poſſeſſione rerũ mobilium competens aduerſus eum, qui poſſidenti circa poſſeſſionem moleſtus eſt *l.1 D.eod.* Et quidem nulla inter hoc & illud eſt differentia, quod quam hoc datur de poſſeſſione rei mobilis: illud de re immobili: in aliis idem vſus eſt vtriusque interdicti.

De interdicto vnde vi

396. Interdictum poſſeſſionis, quam amiſimus, recuperandæ cauſa, vnicum introductum à Prætore in iure reperitur; quod à primis verbis edicti dicitur, Vnde vi. Quod datur ei, qui per vim de poſſeſſione rei immobilis deiectus eſt, aduerſus eum, qui vim fecit, etiamſi ſine dolo aut culpa poſſidere deſierit *l.1.§.1.de vi & vi arm.*

397. Ceterum cum hoc interdictum de vi, ex edicto Prætoris proficiſcens, pertineret duntaxat ad deiectionem vi factam, & eam quæ facta eſſet de rebus immobilibus, factum eſt Imperatorum conſtitutionibus aliquanto

quanto amplius, atque exinde poſſeſſionis recuperandæ remedia complura ſunt, *de quibus* Cuiat. *in parat. C. vnde vi.*

398. Tertia interdictorum diuiſio hæc eſt, quod aut ſimplicia ſunt, aut duplicia. Simplicia ſunt, veluti in quib. alter actor, alter reus eſt, qualia ſunt omnia reſtitutoria aut exhibitoria. Duplicia ſunt, veluti, vti poſſidetis interdictum & vtrubi. §. *tertia. Inſt. h.* *De tertia interdictorum diuiſione.*

399. Ideo autem duplicia vocantur, quia par vtriusque litigatoris in his conditio eſt, nec quisquam præcipue Reus vel Actor intelligitur, ſed vnusquisque tam Rei quam Actoris partes ſuſtinet *d. §. tertia.*

400. Nunc admonendi ſumus, magnam curam egiſſe eos, qui iura ſuſtinebant, ne facile homines ad litigandum procederent, quod & Imperatori Iuſtiniano ſtudio eſt, dum temeritatem litigantium modo pecuniaria pæna, modo iurisiurandi religione, modo infamiæ metu coercet *tot. tit. Inſt. de pæna temere litigant.* *De pæna temere litigantium.*

401. Subſequitur titulus de officio iudicis, quod conſiſtit in tribus: in cognoſcendo de cauſa: in pronunciando de cauſa cognita: & demum in exequendo cauſam, de qua cognouit & pronunciauit *l. ædiles 25. §. item ſciendum D. de ædilit. edict.* *De officio iudicis.*

402. Quidquid autem ad officium iudicis ſpectat, exponit per ſpecies quarundam actionum Iuſtinianus *Inſt. de offic. iud.*

De publicis iudiciis.

403. Et hactenus de iure priuato. Sequitur titulus vltimus in Inſtitutionibus iuris, qui eſt de quadam iuris publici parte, nimirum de publicis iudiciis.

404. Ea exinde ita dicta ſunt, quod cuiuis de populo executio eorum plerunque datur, §. 1. *Inſt. de public.* id eſt, quod patent omnibus, vt interpretatur Cuiatius *per l. quamuis* 30. *C. ad L. Iul. de adult. l. lege Cornelia* 30 *ad l. Cornel. de falſ.* Cuiat. 8. *Obſ.* 33.

405. Datur cuiuis ex populo executio, hoc eſt, perſecutio, ſiue accuſatio. Executio enim non cuiuis permittitur, ſed totius eſt populi: Accuſatio vero etiam totius eſt populi, ſed ita, vt etiam ſit ſingulorum.

406. Quod autem Iuſtinianus ait *plerumque dari*, eo ipſo ſignificat, non ſemper de criminibus publicis cuiuis accuſationem eſſe conceſſam.

407. Sic namque conſtat ex adulterio, item crimine partus ſuppoſiti, licet crimina ſint publica, non tamen cuiuis de populo eorum patere accuſationem, vt manifeſtum eſt *ex l. quamuis adulterii C. ad L. Iul. de adult. d. l. lege Cornelia.*

408. Et hoc ratione criminis. Ratione perſo-

perſonæ accuſantis quoque ſpeciali aliqua ratione denegata eſt accuſandi facultas, vt intelligitur *ex l. qui accuſare* 8. *& ſeq. de accuſat.*

409. In genere itaque publica iudicia dicimus eſſe, quæ cuiuis de populo patent. Ea ex ſententia legum diuiduntur in ciuilia & criminalia. Ciuilia, qualia ſunt iudicia popularia: criminalia, quæ generis nomine retento dicuntur publica.

410. Eo quod non tantum patent cuiuis de populo agenti, verum etiam peculiares de iis leges apud Romanos erant latæ, quæ ob id dicebantur leges publicæ: vt videre eſt in ſingulis criminibus, quod eorum vindicatio, ex peculiari lege deſcendat.

411. Denique publica crimina Iuſtinianus, *tit. vlt.* recenſet tredecim, nempe, crimen læſæ maieſtatis, adulterium, homicidium, parricidium, crimen falſi, vim publicam, vim priuatam, peculatum, plagium, crimen ambitus, repetundarum, annonæ & reſiduorum. His ex conſtitutione Theodoſii additur hæreſis. *l. 4. C. de Manich. & hæret.* & Apoſtaſia *l. 5. C. de Apoſtat.* & ex vſu quotidiana Furtum.

FINIS.

EXEGESIS

IVRIS FEVDALIS

SECVNDVM TRIA IVRIS OBIECTA

TRIBVS PARTIBVS

comprehenſa & concinnata

à

MATTHIA STEPHANI I. V. D. ET

Anteceſſore in Academia Gryphiſvvaldenſi.



FRANCOFVRTI,

Typis Nicolai Hoffmanni, ſumptibus Petri Kopffij.

ANNO M.DCXVII.

VIRI

Quâ pietatem,
Quâ prudentiam ſingularem,
Quâ variarum rerum peritiam,

Præſtantiſſimi,
Spectatiſſimi,

DN. IOANNIS DALMERI, REGII DANTISCI CIuis & Mercatoris primarij,

Filio vnico & chariſſimo

HENRICO,

ADOLESCENTI INGENVO ET induſtrio, amico ſuo chariſſimo,

hanc Iuris Feudalis Exegeſin, in argumentum beneuolentiæ ſuæ

donat & dedicat

Matthias Stephani IC.

EXEGESIS IVRIS FEVDALIS PROOEMIVM ET DISPOSITIO.

IN nomine Domini noſtri IESV Chriſti, ad omnes actus, omniaque conſilia ſemper progredimur. leg. 1. C. de off. præfect. præto. *Exordiemur itaque & nos cum eodem Deo ius feudale, illudque breuiter interpretabimur Quatuor partibus ſiue membris.*

In prima parte trademus feudi definitionem, tam nominis, quam rei, itemque feudorum diuiſiones.

In parte ſecunda agemus de perſonis, quæ feuda dare vel conſtituere poſſunt, itemque quæ feuda accipere poſſunt vel non.

In parte tertia agetur de materia ſeu obiecto feudi, nimirum de rebus, quomodo nimirum feudum conſtituatur, itemque acquiratur & rurſus amittatur.

In quarta parte tractabitur, de ſpecialibus actionum, itemque de perſonis & ordine ſiue proceſſu iudicii feudalis.

PARS I.

DE FEVDI DEFINITIONE ET DIuiſione.

CONCLVSIO I.

IVs feudale eſt, quod introduxit circa feudum conſuetudo, vel conſtituit Imperatorum Sanctio, cuius tanta vis eſt, vt in materia feudali etiam leges ciuiles vincat. *c. vnic. de feud. cognit.*

2 Dicitur autem feudum à fide, vel fidelitate. *c. vnic. §. nulla. per quos fiat inueſt.*

3 Licet autem fides & fidelitates pluribus modis conſiderari poſſint, per excellentiam tamen fides dicitur in feudis. Et per iſtam excellentiam feudum denominatur à fide. vnde etiam vaſalli, qui feudum habent, appellantur fideles. *capit. 1. §. & quia, de his qui feud. dar. poſſ.* Germanice Getreuwe. Verum hodie non vaſalli tantum, ſed & alij ſubditi à dominis territoriorum appellantur fideles, Liebe Getreuwe.

4 At, qui neque vaſalli, neque ſubditi alicuius ſunt, iidem à domino non appellantur fideles Liebe Getreuwe ſed Liebe Beſondere.

In pa-

In patria hac noſtra Pomerania, quicunque vaſalli ſiue feudatarij, iidem etiam ſunt ſubditi, quippe quod vno & eodem iuramento vaſalli ſimul quoque ſubiectionis iure ſe Principi obſtrictos reddunt.

5 Cæterum adeo fides & fidelitas eſt de forma & eſſentia feudi, quod dominus cum vaſallo paciſci nequeat, ne vaſallus fidem præſtet, & ne propter feloniam vaſallus feudo cadat, hoc enim pacto inuitatur vaſallus ad delinquendum, cuiuſmodi pactum non valet. *l. illud conuenire, ff. de pactis dotal. l. ſi vnus §. pacta. ff. de pactis.*

6 Paciſci tamen poteſt dominus cum vaſallo, ne vaſallus iuramentum fidelitatis præſtet, cuiuſmodi pactum licitum eſt, quia iuramentum fidelitatis non eſt pars ſubſtantiæ, ſed ciuili ſaltem ratione ad aſtringendam vaſalli fidem adhibetur. *c. vnic. §. fin. per quos fiat inueſt.*

7 Deinde quia & vir probus abſque iuramento domino poteſt eſſe fidelis, & tenetur vaſallus ſuo Domino nihilominus ad omnia ea, quæ in iuramento fidelitatis continentur. Iuramentum enim fidelitatis duntaxat remiſſum eſt, non etiam quod iuramentum continet. *Thomas de Marin. de feudis. titul. 16. numero 7.*

8 Rei definitio propoſita eſt ab Oberto *in* *Definitio feudi.*

capit. 1. §. fin. in quibus cauſ. feud. amitt. Verum illa non videtur omnibus modis perfecta. Rectius igitur generaliter definitur à Vulteio, quod ſit vſusfructus quidam rei immobilis, ex beneficentia Domini ſub conditione fidei conceſſus *lib. 1. feud c. 2. n. 9.*

9 Definitur feudum per vſumfructum, tanquam ex genere proprio & proximo. Primo, quia ita in iure feudali nominatur: Deinde quia definitio vſusfructus competit feudo. *cap. 1. in quib cauſſ. feud. amitt. c. 2. §. quamuis de inueſt. de re al en fact.*

10 Siquidem a. vſusfructus feudalis ab vſufructu ciuili à quibuſdam differt, exinde feudum definitur, quod ſit vſusfructus quidam. Exemplo legati, quod definitur donatio quædam *in § 1 Inſtit. de legat.*

De diuiſionibus feudorũ. 11 Nunc ſequuntur feudorum diuiſiones. Et quidem Prima diuiſione ratione cauſæ efficientis: Feudum dicitur aliud maſculinum, aliud femininum, *capit. prim. de feud. femin.*

12 Feudum femineum, prout opponitur maſculino, illud proprie & vere eſt, quod primitus à fœmina acquiſitum eſt. Maſculinum autem illud, quod à maſculo acquiſitum eſt, licet poſtea ex pacto ad feminas peruenerit, quoniam à primordio tituli poſterior

forma-

formatur euentus, & ſemper initium ſpectandum eſt. *l. Qui id quod ff. de Donat.*

13 Differunt in eo, quod in feudo maſculino non ſuccedit femina, at in feudo femineo ſuccedit, nempe ſi hoc in inueſtitura dictũ ſit, vt feudum etiam ad feminas deuolueretur. *c.1. §. filia. de ſucceſſ feud.*

14 Secunda feudorum diuiſio reſpectu cauſæ efficientis eſt, quod feudum aliud ſit nouum, aliud vetus, *capit.1. in prin. per quos fiat inueſt.*

15 Feudum nouum dicitur, cuius cauſam præſens poſſeſſor vaſallus, non habet ab alio, niſi à ſeipſo, & domino concedente, à quo primitus de eo feudo eſt inueſtitus. *capit. 1. qui teſt ſint neceſſ. cap. vnic. de fratrib. de nou. feud. inueſtitis.* Feudum vetus eſt, cuius cauſam præſens vaſallus poſſeſſor non habet à ſeipſo, ſed ab alio, qui primus feudum acquiſiuit & conſtituit, *c.1. de nat. ſucceſſ. feud.*

16 Vetus feudum iterum duplex eſt: vel paternum vel antiquum. Paternum dicitur, quod in eo ius prætendens, non quidem acquiſiuit ipſe, ſed acquiſitum eſt ab ipſius patre, vel auo, vel proauo, vel abauo. Antiquum feudum dicitur, quod acquiſitum eſt, ab aliquo maiorum, qui eſt vltra abauum, ſiue quartum gradum.

17 Notandum autem eſt, hanc diuiſionem veteris feudi eſſe de iure antiquo. *capit.* 1. § 1. *de ſucceßion. feud.* Iure autem feudali nouo nullam eſſe diſtinctionem paterni & antiqui feudi, ſed feudum paternum cum antiquo idem eſſe. *Vulteius de feudis. capit.* 8. *numero* 5. *libr.* 1.

18 Tertia diuiſione reſpectu cauſę efficientis, feudum diuiditur in Nobile & ignobile. *per ca.* 1. *quis dicatur dux.*

19 Nobile & ignobile quidam ab effectu definiunt, nempe quod accipientem poſſeſſorem nobilitet, vel non nobilitet. Verum vtrumque ex cauſa efficiente potius æſtimandum & definiendum eſt, nempe ab illo, qui tale feudum tribuit & concedit. Erit itaque feudum nobile, quod conceſſum eſt ab eo, qui habet poteſtatem & voluntatem nobilitandi accipientem. *Roſenthal. de Feudis. capit.* 2. *concl.* 2.

20 Nobile feudum iterum eſt vel Regale vel non regale, *capit.* 1. *de feud. Marchiæ.* Feudum Regale eſt feudum nobile, quod ſupremi principis authoritate conceſſum eſt, cum dignitate regali. Cuiuſmodi ſunt: Regna, Ducatus, Marchionatus & Comitatus. *Schrad. de feud. part.* 2. *capit.* 3. Et vocantur feuda regalia Fahnen Lehn / ideo, quod de his feudis ſeculares cum vexillo inueſtiantur:

tur: Nominantur etiam Scepterlehen/ ideo quod Eccleſiaſtici Principes de his cum Sceptro inueſtiantur. Schneidw. *de feud. par.* 1, *in prælud. n.* 10.

21. Feudum non regale, eſt feudum nobile, quod authoritate ſummi & ſupremi Principis conceſſum eſt, at cum dignitate, quæ regali eſt inferior. Vulteius *lib.* 1. *Feud. cap.* 8. *n.* 10.

22. Non nobile vel ignobile feudum id eſt, quod ſine nobilitandi voluntate alicui eſt cōceſſum. Cuiuſmodi feudum in Iure feudali plebeium, alias Burgenſe vocatur; Germanis **Burgers / oder Bawrs/ oder ein gemein Lehn.**

23. Ratione materiæ. Feudum dicitur aliud corporale, aliud incorporale *c.* 1. §. *ſciendum. de feud. cognit.* Corporale eſt, q̄ in re corporali immobili; Incorporale, quod in corporea re eſt conſtitutum *d.* §. *ſciendum.*

24. Feudum corporale iterum eſt vel ſoli, vel ſolo cohærentis; Incorporale itidem eſt, de camera, vel de cauena.

25. Feudum de camera eſt, quando ex camera ſeu ærario Domini quotannis vaſallis aſſignatur certum ſtipendium. Germanice **ein Cammergeldt.**

26. Feudum de cauena eſt, quando Dominus ex cellario ſiue penuario præbet vaſallo annonas, puta certam quantitatem vini, frumenti, ſingulis annis exigendam. Cauena

enim Longobardis cellam ſignificat. Hotom. *in comment.de verb. feudal.*

27. Vtrumq; feudum de camera & de cauena, iterum eſt vel mere gratuitum, ſiue non officioſum; vel officioſum.

28. Gratuitum ſiue non officioſum eſt, quod ſub mera conditione fidei, nullo adiecto officii onere conceditur. Huius generis eſt feudum ſoldatæ & feudum habitationis.

29. Feudum Soldatæ forte dicitur à Germanico Sold/quod Stipendium ſignificat. Vnde Germanis dicuntur Soldaten, milites, qui ſtipendia accipiunt.

30. Quandoquidem autem camera & cauena iſta, etiamſi de ipſa feudum alicui conſtitutum ſit, nihilominus eſt, & manet domini; exinde recte hæc feuda dicuntur eſſe in curte domini, quaſi in ipſius domini domo & dominio, cum feuda cætera, quæ habentur in rebus immobilibus, vel ſolo cohærentibus dicantur eſſe extra curtem, quippe, quod res ipſa extra domum concedentis quaſi tranſit, & tranſit in domum accipientis *c.1.in fin.quib. mod.feud.amitt.*

31. Feudum habitationis autem, eſt ius, domum ſiue arcem aliquam iure feudi inhabitandi Schrad.*p.3.c.4.n* 49.

32. Officioſum feudum vocamus, in quo, ratione officii alicuius, vaſallo ex camera vel

cauena

cauena domini merces aliqua præſtatur. Et hoc officium eſt nominatum vel innominatū.

33. Nominatum officium dicitur, quod in iure feudorum, certum & expreſſum nomen habet. Huius generis eſt feudum guardiæ & caſtaldiæ *c 1. de feud guard.*

34. Feudum guardiæ eſt, quod datur ei, qui quaſi cuſtos apponitur prædio vel caſtro, adeoque hoc feudum eſt feudum mercedis, ſiue quod pro mercede datur. Guardia enim cuſtodiam ſignificat, forte à Germanico **bewahren**. Schrad. *d loc. n.* 41.

35. Feudum caſtaldiæ eſt feudum mercedis, ob procurationem & quaſi adminiſtrationem bonorum domini datum, Schrad. *d. l. n.* 22

36. Innominatum officium dicimus, quod certo nomine in iure feudorum non eſt inſignitum. Huius generis eſt feudum, quod pro mercede datur, ob quodcunque munus ſiue officium; quod feudum generali nomine vocatur feudum Aduocatiæ.

37. Secunda diſtributio ratione cauſæ materialis eſt, quod feudum aliud dicitur Eccleſiaſticum, aliud Seculare. Sitne autem feudum aliquod Eccleſiaſticum vel Seculare, illud non æſtimandum eſt ex perſonarum, ſed ex rerum qualitate.

38. Vnde definitur feudum Eccleſiaſticum, ꝙ in re Eccleſiaſtica conſtitutum eſt, & in noſtra

ſtra lingua appellatur à ſceptro curuo, nſmiũ Eccleſiaſtico, **Ein Lehen vom krummen Stab.** Seculare feudum eſt, quod in re prophana ſiue ſeculari eſt conſtitutum. Vulteius *d. cap.* 8. *num.* 19.

39. Ratione formæ. Primum Feudum aliud eſt ligium ſiue homologum, aliud non ligium ſiue non homologum. Vnde vaſalli etiam, quidam dicuntur ligii ſeu homologi, quidam non ligii ſiue non homologi. Et dictum eſt feudum ligium ab eo, quod arctius liget vaſallum, quam alia feuda.

40. Definitur autem feudum ligium illud eſſe, quod vaſallus à Principe vel duce, regnũ vel ducatum à nullo, præter Deum recognoſcente, habet, & cuius nomine ei fidelitatem, contra omnes homines, nullo omnino excepto, debet. **Daß er davon dem Lehnherren ein lidich man für andern allen Herrn seyn sol.** *c. vnic. de probib. alienat. feud. per Lothar.*

41. Contra feudum non ligium eſt, in quo vaſallus Domino fidelitatem iurat, alio excepto, *c. 1. de noua form. fidelit.*

42. Secundo feudum aliud eſt hæreditarium, aliud non hæreditarium, ſiue vt vulgo loquuntur, ex pacto & prouidentia.

43. Feudum hæreditarium, eſt feudum in quo ſucceditur iure hæreditario, non ex prouidentia

uidentia Iuris feudalis, ſed ex iuris communis diſpoſitione.

44. Feudum ex pacto & prouidentia eſt feudum, in quo ſuccediturjure ſanguinis, ſecundum diſpoſitionem iuris feudalis. Vulteius *lib.1.feud.c.8.*

45. Eſt etiam feudum quod dicitur mixtũ, quod ſcilicet conceſſum eſt vaſallo per ſe & filiis hæredibus, quod quia aliquid habet de feudo hæreditario, aliquid etiam de feudo ex pacto & prouidentia, exinde dicitur mixtum. *Clarus §.feudum.quæſt.9.n.3.*

46. Circa hanc diuiſionem feudorum notandum eſt hoc: In omnibus fere Germaniæ curiis à Principibus & dominis communiter feuda pacti & prouidentiæ dari ſolere. Pfeil. *conſ.78.n.71. cum ſeq.*

47. Idcirco, ſi de alia particulari curiæ conſuetudine non appareat, feuda in Germania ex pacto & prouidentia eſſe præſumuntur, prout in Camera imperiali iudicatum eſſe teſtatur Mynſinger.*cent.4.obſ.2.*

48. Sequuntur diuiſiones feudorum ex adiunctis. Adiuncta autem vnde feuda diſtribuuntur ſunt vel quantitatis vel qualitatis. Ex adiuncto quantitatis nimirum temporis, feudum dicitur aliud perpetuum, aliud temporale.

49. Perpetuum eſt, quod ſua natura perpetuo ma-

tuo manet penes poſteros primi acquirentis, vel illos quibus prouidit. Temporale eſt, quod tempore perit, vti feudum de camera & feudum de cauena & alia *cap. 1. de feud. habit. c. 1. de feud. guard.*

50. Ex adiuncto quantitatis etiam illa eſt diſtributio, quod feudum aliud dicitur diuiduum, aliud indiuiduum. Diuiduũ eſt, quod ipſum ita diuiditur, vt ſimul etiam diuidatur res in qua eſt; Eiuſmodi feuda ſunt, quę dignitatem regalem annexam non habent.

51. Indiuiduum eſt, quod diuiſionem non admittit, cuiuſmodi feuda, ſunt feuda regalia, ſiue dignitatem annexam habentia, puta, Regna, Electoratus, Ducatus, Marchionatus & Comitatus. *c. Imperialem, de prohib. feud. alienat. per Fridericum.*

52. De conſuetudine tamen contrarium fieri videmus, vti teſtes ſunt, Schurff. *conſ.* 17. *n* 5. *cent.* 1. Gail. 2. *obſeruat.* 153. Vulteius *d. cap.* 8 *n.* 36.

53. Ex adiuncto qualitatis, feudum aliud eſt proprium ſiue rectum, aliud improprium ſiue non rectum, *c.* 1. *de feud. non habent. prop. nat. feud.*

54. Feudum proprium ſiue rectum eſt, quod ita à Domino & vaſallo conſtitutum eſt, vt communem feudi rationem, vel propriam feudi naturam habeat, atque retineat, quodque proprio iure feudi cenſeatur, das eines rechten Lehens eygenſchafft hat / puta, quod neque

neque ad fœminas, neque ad aſcendentes, ſed ad ſolos legitimos hęredes tranſmittitur, item quod ſine culpa vaſalli non aufertur. *cap. 1. de feud. ſine culp. non amittend.*

55. Improprium ſiue non rectum feudum eſt, quod propriam feudi naturam per omnia non ſequitur, ſed aliqua ſui parte ab ea récedit, *tot. tit. de feud. non habent. prop. nat. feud.* cuiuſmodi ſunt, feudum Guardiæ, Caſtaldiæ, Soldatæ, habitationis, Cameræ, Cauenæ, Aduocatiæ, item feudum emptum, feudum fœminæ conceſſum, item feudum in quo iuramentum fidelitatis remittitur, & alia &c. *dę quibus Vulteius cap. 8. lib. 1. de feud.*

Pars

Pars II.

DE PERSONIS.

1. HActenus pertractauimus communia feudorum; ſequitur itaque, vt de propriis videamus, quæ conſiſtunt in perſonis, rebus & actionibus. Sic namque pars propria de feudis commode diſtinguitur, argumento & exemplo iuris ciuilis, §.*fin.Inſtit.de iure nat.gent. & ciuil.*

2. Vbi tamen illud notandum eſt, perſonarum conſiderationem in iure feudali diuerſam eſſe, ab ea, quæ iure ciuili in primo obiecto iuris. Hic enim in iure feudali conſideratur quatenus eſt ius in rem, adeoque præcipue refertur ad acquiſitionem feudi. At in iure ciuili refertur ad ſtatum perſonarum. *tot.tit.Inſt. de iure perſon.cum ſeqq. ad fin lib.*1.

3. Videamus itaque primo de perſonis, *arg. l.*2.*de ſtatu hom.* ita vt ad acquiſitionem feudi noui & proprii pleraque omnia ex iure feudali referamus. Vetus enim feudum non tam acquiritur, quam acquiſitum conſeruatur.

4. Eoque intuitu & reſpectu; Perſonæ ſunt duorum

duorum generum: quæ nimirum feuda dare, & quæ accipere poſſunt.

5. De perſonis quæ feuda dare poſſunt, illa eſt obſeruanda regula, deſumpta *ex c. vnic. §. noui per quos fiat inueſt.* Quicunque habet liberam ſuarum rerum adminiſtrationem, nec ſpecialiter prohibetur alienare, rem ſuam alteri in feudum concedere poteſt. *De perſonis quæ feuda dare poſſunt.*

6. Feuda itaque hodie dare poſſunt, tam perſonæ Eccleſiaſticæ, quam laicæ ſiue ſeculares, vtriuſque ſexus, quia hæ omnes liberam rerum adminiſtrationem habere poſſunt.

7. Inter ſeculares primum locum obtinet Imperator, qui in libris feudorum dicitur princeps *c. 1. quis dicatur Dux.*

8. Imperatorem ſequitur Cæſar, itemque Electores, Archiduces, Duces, Pfaltzgrauii, Marchiones, Landgrauii, Principes, Comites, Barones & nobiles.

9. Et quidem Imperator confert feuda regalia & non regalia, itemque ligia, adeoque non tantum patrimonialia & propria, ſed etiam Imperii feuda *c. 1. de nat. feud, c. 1. in princ. de feud. Marchio.*

10. Quin & reges feuda regalia aliis dare ſolent, Schneidvv. *de feud. par. 3. n. 65.* Cæteri Electores & Principes itidem recte aliis feuda dare poſſunt, ſi in prouinciis, regionibus, & dicionib⁹ ſuis liberrimā habēt adminiſtrationē.

11. Imo Barones & nobiles quoque feuda conferunt, itemque alii priuati. *d.c.vnic.§.noui.* vti & fœminæ, quia etiam res proprias habere poſſunt, *d.c.vnic.§ fœmina per quos fiat inueſt.*

12. Nec tantum perſonæ per ſe feudum dãt, ſed & alieno nomine puta, procuratores, ſi nimirum de dando ſpeciale mandatum habent à Domino: Secus autem eſt, ſi procurator ſpeciale mandatum à domino non habet. Nam, ſi eo caſu rem domini ſui in feudum conceſſit, id nõ ſubſiſtit, niſi poſtmodum ſuccedat ratihabitio. *l.ad Senatuſconſultum Macedon.*

De perſonis quæ feuda dare non poſſunt.

13. Sane quidam prohibentur dare natura, quidam iure. Natura prohibentur infantes, furioſi & mente capti, itemque muti & ſurdi, ſi natura tales ſint, non etiam ſi ex accidenti. Sonsbec. *de feud. par.6.n.25.*

14. Iure feuda aliis dare prohibentur filiifamilias, itemq; pupilli & minores 25 annis feuda noua dare non poſſunt, etiam adhibita tutorum authoritate & conſenſu, *arg.l.magis puto. & tot.tit.ff.de reb.eorum.*

15. Secus eſt in feudo antiquo, quod pupillus vel minor etiam ſine tutoris vel curatoris conſenſu aliis conferre poteſt. Zaſ. *de feud.par.5. n.35.* Ratio differentiæ eſt, quia datio feudi noui eſt alienatio, at feudi veteris collatio, nõ eſt alienatio, ſed feudi ante alienati duntaxat renouatio, & approbatio, quia approbatio &

con-

confirmatio non tribuit aliquod ius de nouo; ſed ius quod ante datum eſt conſeruat & renouat,*arg.l.quæ Tuberonis 7.de pecul.*

16.Eadem ratione tutores, itemque curatores nouum feudum aliis dare non poſſunt, quia res,ſuæ fideicommiſſas adminiſtrare debent non alienare;*d.l magis puto.* Datio autem feudi eſt alienatio.

17. Sed veteris ſiue antiqui feudi datio tutori vel curatori permittitur ob iam allegatam rationem, quia nimirum talis datio,non tam alienatio,quam prioris feudi iam alienati renouatio atque confirmatio eſt. Montan. *de feud. l.2. cap.1.*

18. Iam videndum etiam eſt,de perſonis Eccleſiaſticis ſiue clericis feuda dantibus. Inter has primum locum occupat Pontifex Romanus, qui hodie omnium Eccleſiarum feuda aliis dare poteſt,cũ omniũ Eccleſiarũin ſuo territorio ſit Dominus.*c.cũcta per mund. 9.qu.3.*

19.Pontificem ſequuntur in ſecũdo gradu, Legatus delatere, Patriarchæ, Archiepiſcopi & Epiſcopi,qui oẽs feuda dare poſſunt, quia oẽs rerũ Eccleſiaſticarũ & propriarũ adminiſtrationem habent,*c.vnic.de his,qui feud.dar.poſſ.*

20.Tertio ẽt feuda cõferũt,Abbates,Abbatiſſę,Prępoſiti,Pręlati,& alii clerici inferiores, puta presbyteri,Diaconi,Subdiaconi,Acoluti, Exorciſtæ, Lectores, Pſalmiſtæ, Oſtiarii,

Canonici, Decani & alii, quia hi quoque ſuarum rerum & Eccleſiaſticarum adminiſtrationem habent.

21. De Monacho dubitatur, an is feudum dare poſſit? At cum ille per ſe nulla bona habeat, & quæcunque acquirit monaſterio acquirat, vtique feuda non magis dat, quam ſeruus. Roſenth. *de feud. cap. 3. concl. 4. n. 2.*

22. Hactenus de perſonis quæ feuda dare poſſunt: Proximum nunc erit notare, quæ feuda accipere poſſunt.

23. Poſſunt autem feuda accipere omnes, cuiuſcunq; ſunt ſexus, ætatis, ſtatus, conditionis, ordinis, cuiuſcunq; denique ſint qualitatis, niſi qui expreſſe reperiantur prohibiti, *ca. 1. §. perſonam. per quos fiat inueſt.*

24. Et ſic quo ad ſexum nõ diſtinguitur inter maſculum & fœminam, cum etiam fœminæ feuda accipere poſſint. *cap. 1. §. filia de ſucceſſ. feud. c. 1. de feud. fœmin.* Idem eſt in Hermaphrodito, qui eius ſexus æſtimatur, qui in eo prævalet, *iuxta l. quæritur ff. de ſtatu homin.*

25. Quo ad ætatem itidem non attenditur, ſitne accipiens puer, vel pubes ſiue impubes, vel adoleſcens, vel iuuenis vel ſenex. Borch. *de feud. cap. 5. n. 46.* Indiſtincte enim accipiũt feuda, puberes & impuberes. Infans tamen nec per ſe, nec tutore authore, ſed tutor nomine infantis feudum acquirere poteſt. *arg. l. infanti C. de iure delib.* Borch. *d. l.* 26. Cu-

26.Cuiuſcunque etiam quis ſit ſtatus,recte feudum ei datur,ſiue ſeruus ſit, ſiue liber, dūmodo ſi ſeruus ſit, eius ſtatus non ignoretur, *c.vnic.* §.1.*per quos ſiat inueſt.*

27.Quin amplius non diſtinguitur in ordine aut conditione accipientis: Feudum enim datur perſonis laicis & ſecularibus, ſummis & inſimis,nobilibus & ignobilibus, imo etiam clericis factis, feudum de nouo acquiritur Borch. *d.cap.*5.*n.*49.

28. Denique nihil quoque refert,cuius ſit qualitatis vaſallus. Qualitas ſignificat accidentia,puta furorem, dementiam,cæcitatem & ſimiles defectus, qui, quo min⁹ ab initio de feudo quis inueſtiri poſſit,nihil obſtant. Weſenb.*de feud cap.*5.*n.*2. Et tantum de iis qui feuda accipere poſſunt.

29. Prohibentur feuda accipere,hæretici, apoſtatæ,Banniti, ſiue proſcripti, & alii eius generis, qui potius odio quam beneficio ſunt digni,quique domino ſeruitia honeſta pręſtare non poſſunt. Vulteius *lib.*1.*feud.cap.*4.*n.*11.

30.Denique qui feudum dat ſeu conſtituit, plerumq; dicitur dominus vel ſenior. *c.*1.*quib. mod.feud.amitt.* At qui feuda accipiunt vocantur milites, quia feuda plerumque militibus olim dabantur *c.*1.*de conſt.feud.* Aliquando dicuntur vaſalli *c.* 1. *de vaſallo decrep. ſenect.* aliquando fideles *c.*1.*de his qui feud.dare poſſ.*

Pars III.

DE REBVS.

1. VIſis perſonis, quæ feuda dare & accipere poſſunt, deinceps diſpiciendum eſt de rebus, quæ & ipſæ dupliciter conſiderãtur. Primo per ſe, tãquam obiectum feudi. Deinde ratione cõſtitutionis & acquiſitionis, quaten⁹ nimirum feuda conſtituuntur & acquirantur.

2. De rebus per ſe conſideratis, tanquam in quibus feudum conſtituitur, tenenda eſt regula Oberti, *in cap. 1. §. ſciendum. de feud. cognit.* vbi dicit: Feudum ſiue beneficium, non niſi in rebus ſoli, ſiue immobilibus, aut ſolo cohærentibus, vel iis, quæ inter immobilia enumerantur, conſiſtere poſſe.

3. Ratio autem, quare feudum in rebus ſoli, ſiue immobilibus rebus tantum, non etiam in mobilibus conſiſtat, hæc eſt; quod res immobiles perpetuæ ſunt, adeoque in illis proprie vſusfructus & feudum conſtituitur. At res mobiles non ſunt perpetuæ, vt quæ vtendo conſumuntur, quod à feudo eſt alieniſſimum. *c. vnic. in quib. cauſ. feud. amitt.*

4. Sunt autem res immobiles, quæ de loco in locum

in locum moueri non poſſunt, vt ſunt fundus, ærea, hortus, fodinæ auri, argenti, ferri, plumbi. Item lacus, ſtagnum, imo & ducatus, marchionatus, comitatus, vrbes, oppida, caſtra, pagi. *cap. vnic. Quis dicatur Dux.*

5. Res ſolo cohærentes ſunt, quæ ſolo ſeu rei immobili iunctæ & infixæ ſunt, adeoque eis ita cohæreant, vt vel pars ſint illius, vel ab ea omnino non ſeparari, vel ſaltem non vtiliter poſſunt, vt ædificia, itemque arbores & ſyluæ, itemque molendina in ſolo defixa; ſecus eſt in molendinis, quæ in aquis natant, quia inſtar nauium ſuper flumina meant. Item in illis molendinis, quæ à ventis agitantur, niſi forte hæc ita facta ſint, vt loco ſuo non moueantur. Roſenth. *de feud. cap.* 4. *concl.* 3.

6. Inter immobilia computamus annuos reditus, item actiones ad res immobiles cōpetentes, vt & vinũ, oleum, frumentũ, quatenus habetur reſpectus ad tertiũ, hoc eſt, ratione ærarii, vel horrei. *c. vnic.* §. *ſciendum. de feud. cognit.*

7. Sic pecunia, quatenus per ſe conſideratur, in feudum dari non poteſt. *c. vnic.* §. *ſi vaſallus, ſi de feud. defunct. controu.* adeoq; conuentio fieri non poteſt, inter fratres, vt pecunia, quam frater vnus vel alter ex feudo percepit, fratre iſto ſine hæredibus mortuo in feudũ recidat, & feudum ſit. Eſt n. de ſubſtantia feudi, non vt res mobilis, ſed vt res immobilis in feudum

 detur,

detur,at ſubſtantialia conuentionibus & pa-ctis mutari non poſſunt.Schurf.*cent.*1.*conſil.*11. *num.*2.

8. Sane tamen eiuſmodi conuentiones, conſuetudine prouinciarum receptæ ſunt, vt pecunia, ex feudo percepta, veluti corpus quoddam ad reditus perpetuos exponatur,& pro feudo habeatur.

9. Sic & valet conuentio inter fratres & agnatos, vt pecunia ex feudo redacta conuertatur poſtmodum in emptionē feudi. Schurf. *cent.*2.*conſil.*22.Borch.*de feud.cap.*6.*num.*4. late Cothmannus *reſp.*8.*& reſp.*29.

10. Denique inter immobilia connumerā-tur etiam regalia, tam maiora, quam minora; Illa tanquam iura, ſummo principi reſeruata, ſolam Imperatoris dignitatē, ac ſupremā po-teſtatem recipiunt, qualia ſunt; Legitimare ſpurios, creare Duces, Marchiones, Comites, Nobiles,Doctores,Magiſtros,Notarios,item confirmare Academias, ſiue Scholas publicas,eaſque priuilegiis munire, ætatis veniam concedere & alia ſimilia.

11.Minora regalia ſunt,quæ fiſcum ſeu vtilitatem Imperatoris præcipue concernunt, de quibus omnibus tractat. *c.vnic. quæ ſunt regal. in vſib.feud.*

12.Cæterum illud hoc loco addendum eſt. Oberti regulā in rebus hiſce deſcribendis tā-

quam

quam generalem, eſſe ſufficientem, modo ea ex generali alienationis doctrina ſuppleatur, ita videlicet, vt præſupponatur, res illas, quæcunq; generaliter prohibitæ ſunt alienari, caſdem nec in feudum dari poſſe. *c.* 1. §. 1. *per quos fiat inueſt.* Duar. *cap.* 5. *de feud. in pr.* Eiuſmodi ſunt res ſacræ, ſanctæ, religioſæ, & publicæ, §. *nullus. Inſtitut. de rer. diuiſ. leg. nullius Codic. de SS. cul.*

13 Hucvſque dictum eſt, de rebus per ſe conſideratis: Sequitur, vt eas ratione conſtitutionis & acquiſitionis conſideremus: quibus nimirum modis feuda conſtituantur, & acquirantur, atque ita inter conſtitutionem & acquiſitionem diſtinguitur à Gerhardo & Oberto, *in c. vnic. quib. mod. feud. conſtit. c. vnic. in fin. de feudi cognition. & cap. vnic. de conſuetud. rect. feud.*

14 Non poteſt autem à principio verũ feudum conſtitui, ſiue in eſſe produci, niſi vnico ſaltem modo, ſcilicet per inueſtituram. *C. vnic. quib. mod. feud. conſtit.*

15 Cæterum inueſtitura hoc in loco, vbi eſt modus feudum conſtituendi, definitur: quod ſit ſolennis feudi ceſſio, Ceſſio illa eſt negotium illud quo agitur, vt feudum ſit. *Cuiat. in c.* 1. §. *ſi vero Archiepiſcopus, qui feud. dar. poſſint.*

16 Diſtinguitur inueſtitura in propriam ſiue realem vel naturalem, vel impropriam ſi-

ue abuſiuam ſeu verbalem. *c. vnic. in pr. quid ſit inueſtit.*

17 Propria inueſtitura eſt, quando Dominus vaſallum, vel alium eius nomine in feudi poſſeſſionem vacuam inducit, vere corporaliter, ſeu realiter: Wircklich vnd Leiblich.

18 Abuſiua inueſtitura eſt, cum Dominus vaſallum non ita inducit in poſſeſſionem vere & realiter, ſed duntaxat verbis & ſigno, ſiue ſymbolo aliquo corporeo, puta traditione haſtæ, gladii, ſceptri, annuli, vexilli, baculi inueſtituram ſe facere dicit, his additis verbis: Vade in illum fundum. *capit. vnic. quid ſit inueſt.*

19 Deinde diſtribuitur inueſtitura, in noui feudi inueſtituram, & in inueſtituram feudi veteris, *c.1. in pr. per quos fiat inueſt. cap. 1. de inueſt. vet. & nou. beneficii.*

20 Noua inueſtitura eſt, per quam vaſallus iamprimum aliquod feudum acquirit, adeoque in nouo feudo per petitionem inueſtituræ ad conſtitutionem feudi, ſed in feudo antiquo, per petitionem inueſtituræ non ad feudi conſtitutionem, ſed ad conſtituti feudi renouationem peruenitur, *d. cap. vnic. per quos fiat. vbi Cuiat.*

21 Ad intelligendam autem inueſtituram noui feudi, cognoſcenda eſt ipſius ſubſtantia

&

& qualitas. Subſtantia inueſtituræ eſt poſita in ipſius ſolennitatibus, & primo quidem illud in conſuetudinibus feudalibus traditum eſt, vaſallum ad citationem Domini debere inueſtituram petere, quod ſi non fiat, dominus ad inueſtituram non cogitur. *cap. vnic. quæ fuit cauſ. benef. amitt.*

22 Deinde ad actum inueſtituræ, neceſſario adhibendi ſunt teſtes, ad minimum duo, qui debent eſſe pares curiæ, ſiue conuaſalli, vel vaſalli eiuſdem Domini in eodem territorio. Secus eſt in antiquo feudo, in quo etiam extranei teſtes recipiuntur. *c. vnic. §. quod autem. in fin. de notis feud.*

23 Requiritur inſuper confectio inſtrumenti, quod proprie dicitur inueſtituræ inſtrumentum, **der Lehenbrieff** / *d. capit. vnic. §. idcirco.*

24 Tertio teſtibus præſentibus requiritur traditio rei ipſius, in qua ius feudi conſtituitur: Vel quæ vicem traditionis obtineant, verba & ſigna, cuiuſmodi ſunt, annuli, baculus, Enſis, vexillum, Chiroteca, aut ex hominum impoſitione quid ſimile. *c. vnic. quid ſit inueſtit.*

24 Quarto pro ſolennitate ſubſtantiali inueſtituræ deſideratur fidelitatis promiſſio, quæ etiam hominium ſiue homagium

vulgo

vulgo dicitur. *Borcholt. de feud. capit. 2. numero 16.*

26 Qualitatem inueſtituræ dico, ſi ea fiat vel pure vel in diem, vel ex certo tempore, vel ſub conditione, *arg. §. omnis ſtipulatio. Inſtitut. de verb. oblig.*

27 Pacta quod attinet, quæ inueſtituris plerumque inſeri ſolent, illa pro circumſtantiarum varietate multa ſunt ac varia. Omnino autem, ſicut in aliis negotiis, ita & in inueſtitura etiam id, de quo conuenit, ſeruandum eſt, ſi inueſtituræ nulla adiiciantur pacta, tunc ea ſeruabuntur, quæ fert communis natura feudorum. *Vult. lib. 1. feud. capit. 7. n. 55.*

28 Hucvſque quomodo feudum, quod non eſt, conſtituatur, per inueſtituram. Sequitur, qua ratione feudum, quod eſt, per inueſtituram renouetur: quæ inueſtitura eſt cófirmatio & quaſi redintegratio inueſtituræ, primitus de feudo factæ, ſiquidem ea nihil noui iuris addit, ſed id, quod inuenit, confirmat. *c. 1. §. præterea, ſi quis de prohib. feud. alien. per Fridericum.*

29 Et quidem renouatio toties peti debet, quoties, vel domini, vel vaſalli perſona mutetur, puta alterutro, vel vtroque mortuo.

30 Et cogitur vaſallo mortuo eius filius, vel proximus agnatus renouationem à domino petere. Et è conuerſo domino defuncto, vaſallus

vaſallus neceſſe habet, eam deſiderare à filio vel ſucceſſore domini.*c.vnic.in pr.quæ ſuer.prim. cauſ. beneficii amitten. c. Sancimus. in pr. quo temp. miles.*

31 Vaſallo autem, pluribus hæredibus relictis, decedente, omnes inueſtituram petere, & fidelitatem facere debent, maxime ſi feudum indiuiſum habeant.

32 Quod ſi feudum ex diuiſione ad vnum peruenerit, ille ſolus inueſtituram petet, & fidelitatem faciet. *cap.* 1. §.*omnes filii.ſi de feud.defunct.controuerſ.*

33 Præterea reuocatio peti debet poſt mortem vel domini vel vaſalli à pagano intra annum & diem, à milite intra annum & menſem. *cap.vnic.*§.*vlt.de prohib.feud.alienat.per Lothar.c.vnic.quo temp.miles.* quod tempus æſtimatur ex die ſcientiæ, adeoque currit duntaxat ab eo tempore, poſtquam videlicet vaſallus comperit feudum ſibi quæſitum eſſe, aut priori domino alium ſucceſſiſſe. *c.vnic.* §. 1. *qualiter olim poter.feud.alie.*

34 Tertio diſtribuitur inueſtitura, in inueſtituram ſimultaneam & ſingularem, ſiue non ſimultaneam inueſtituram.

35 Simultanea inueſtitura eſt, qua plures de vno eodem feudo ſimul & communiter inueſtiuntur. *Bocer. in Tract.de inueſt. c.*2.*nu.*84.*& ſeq.Rittersh.lib.*1.*feud.c.*9.*q.*29.

36 Hæc

36 Hæc alia eſt, quæ iure communi feudorum eſt introducta, alia vero, quæ iure ſpeciali & conſuetudinario Saxonico recepta.

37 Vtraque appellatur, die geſambte Handt/ oder geſambte Handtbelehnung. *Gail. lib. 2. de pac. pub. capit. 13. numer. 3. Bocer. d. l.* Hucvſque de feudi conſtitutione, & conſtituti renouatione.

38 Acquirendi modi, alii ſunt inter viuos, alij mortis cauſa. Inter viuos acquirendi modi ſunt: Inueſtitura, (quæ eadem & conſtituendi modus eſt.) & ſententia iudicis.

39 Sententia iudicis acquiritur feudū hoc modo, ſi lite in iudicium deducta, iudex pronunciauerit, fundum eſſe feudalem, qui reuera erat allodialis, eaque ſententia tranſiret in rem iudicatam. *Roſenthal. de ſeud. capit. 6. concluſ. 133.* inueſtitura hoc caſu, alia eſt vera, alia præſumpta.

40 Per veram inueſtituram, feudum, eo ipſo quod conſtituitur, ſimul etiam acquiritur, ſi iuſto ſit ſubnixa titulo, cuiuſmodi eſt donatio, venditio, & permutatio. *arg l. nunquam 31. de acq. rer. dom.*

41 Inueſtitura præſumpta reſultat ex lapſu temporis, ſiue præſcriptione. *c. 2. §. ſi quis per 30. annos. ſi de feud. defunct.*

42 Vt autem præſcriptio locum habeat, & procedat, tria copulatiue requiruntur. Primo,

quod

quod vaſallus rem poſſideat per 30. annos, ſine aliqua interruptione ſiue vſurpatione.

43 Deinde quod vaſallus poſſederit feudum, tanquam feudum quod ſi enim alio animo rem poſſederit, V. G. vt pignus, non potuit eam tanquam feudum præſcriptione acquirere: non enim habuit animum poſſidendi feudum, ſed tantum poſſidendi pignus, nec hanc poſſeſſionis cauſam etſi voluit, mutare potuit. *l.3.§.illud. & l.qui bona fide* 19.§.1. *de acq. poſſeſſ.*

44 Denique quod vaſallus ſeruitium Domino præſtiterit. *Dd. in d.§. ſi quis per* 30. *annos.*

45 Mortis cauſa feudum acquiritur ſucceſſione. Alia autem eſt ſucceſſionis ratio in feudis, quam in allodiis: Cum enim omnis ſucceſſio iure ciuili ſit vel ex teſtamento vel ab inteſtato, diuerſo iure vtimur in conſuetudinibus feudalibus, in quibus expreſſe diſpoſitum eſt, vt de feudis nulla poſſit fieri in teſtamento ordinatio. *c.1.§.donare. qual.ol.pot.feud. alien.*

46 Quod attinet ad ſucceſſionē legitimam ſiue ab inteſtato, ſecundū iuris nouiſſimi conſtitutionem, tres ſunt ordines ſuccedentium, ſecundus aſcendentium, tertius tranſuerſalium. *Nouel.* 118.

47 Mortuo itaq; vaſallo, prima cauſa eſt liberorum,

berorum, adeoque liberi naturales & legitimi ſimul ſuccedunt defuncto, ſi maſculi ſunt: Fœmina enim à feudi ſucceſſione regulariter excluditur. *c.* 1. §. *hoc autem. de his qui feud. dar. poſſ.* Tum propter honeſtatem, tum conſilij fragilitatem, itemque ſecreti occultandi difficultatem, tum denique propter voti lubricitatem & militiam de quib. *Vult. lib.* 1 *. cap.* 4 *. n.* 3. *& cap.* 9. *n.* 26. *& ſeq.*

48 Aliud tamen eſt in meliorationibus & fructibus feudi, in quibus fœminæ æque ſuccedunt ac filii, nec intereſt, ſiue feudum illud domino aperiatur, ſiue ad agnatos ſucceſſione deuoluatur, adeo, vt ſi in poſſeſſione ſint, rem feudalem tamdiu retinere poſſint, quoad meliorationes receperint. *capit.* 1. §. *ſi vaſallus.*

49 Quin amplius, ſi fœminæ non habeant vnde viuant, vel non ſuperſint alia bona hereditaria, ex quibus dos ipſis conſtitui poſſit, eo caſu alimenta & dos filiæ debentur ex æquitate ſecundum morem regionis, vel ea non exſtante, pro dignitate ipſarum filiarum, maritorumque, modoque facultatum & numero liberorum. *arg. c.* 1. § *. final. Epiſcopum vel Abbatem, Hart. Piſt. quæſt.* 37 *. n.* 2. *& ſeq.*

50 Circa clericos diſtinguendum eſt, inter feudi conſtituti ſucceſſionem, & retentionem.

51 Quod ad prius attinet, de eo conſtat

Cleri-

Clerico feudum nouum dari poſſe, at clericum in feudo non ſuccedere per text expr. in *c. 1. in fin. de feud. fœmin. & c. 1. de vaſal. milite qui arma depoſ.*

52 Ratio huius iuris traditur, quod nimirum miles ſeculi eſſe deſierit, qui ceperit eſſe miles Chriſti, nec feudum pertineat ad eum, qui officium militare gerere non debet, vt maxime per vires corporis poſſit. Hanc ſententiam tanquam veriorem ſecuta eſt Camera Imperialis, teſte Mynſin. *cent. 5. obſer. 48.*

53 De imperfectis denique, ſiue animo, quales ſunt furioſi, & mente capti, ſiue corpore, quales ſunt ſurdi, muti, cæci, claudi, ita iure diſpoſitum eſt, vt illi in feudis non ſuccedant, ſi natura tales ſint: Secus eſt, ſi ex accidenti furor, dementia, aut quod aliud vitium ſuperuenerit, eo caſu namque feudorum ſunt capaces. *c vnic. & ibi Dd. an mutus & alius imperfectus. Borch. de feud. c. 7. n. 63.*

54 Rationem diſtinctionis inter prædictos tales ex natura & ex accidenti hanc quidem reddunt, quod imperfectus natura nunquam fuerit habilis, quod non eſt in imperfecto ex accidenti.

55 Poſt deſcendentes ſi nulli ſint in ſucceſſione bonorum allodialium, iure ciuili proxima cauſa eſt aſcendentium, ſi ſuperſint. *Nouel. 118.* *De ſucceſſione aſcendentium.*

56 Secus eſt de iure feudali, quo aſcendentium nulla eſt ſucceſſio in feudis. *capit.* 1 *in pr. de nat. ſuc. feud.* Feudum enim datur ſimpliciter à domino ſaltem contemplatione accipientis, & legitimorum hæredum deſcẽdentium, non etiam aſcendentium, nam ſi dominus hoc voluiſſet potuiſſet illis primo conferre. *c.* 1. *in quib. cauſ. feud. amitt.*

De ſucceſſione tranſuerſalium.

57 Deficiente linea recta ius ſuccedendi deuoluitur ad lineam tranſuerſam ſiue ad collaterales, tam de iure ciuili quam feudali *c. vnic. de nat. ſuc. feud. c. vnic. de ſucceſ. frat.*

58 Et quidem ſuccedunt tranſuerſales ſiue collaterales, ſi ſint agnati, remotis cognatis *c. vnic. de nat. ſucceſſ. feud.* Ratio eſt, fauor conſeruandarum familiarum, quæ propagantur per agnatos, non etiam per cognatos.

50 Succedunt itaq; ſoli agnati, ſi nimirum feudum fuerit paternum, ſiue antiquum, & tranſuerſales ab eo deſcendant, qui primus feudum acquiſiuit. *cap. vnic.* §. *ſi capitanei. de feud. March.* adeoque in feudo antiquo ſiue paterno primo vocantur ipſius defuncti fratres, tam conſanguinei quam germani. *c.* 1. §. *his vero. de ſucceſſ. fratrum.*

60 Quamuis enim iure ciuili frater germanus ſiue vtrinque coniunctus excludit fratrem conſanguineum, ex altero parente tantum coniunctum. *d. nouel.* 118. Secus tamen eſt, de iure

de iure feudali, quod conſanguineos etiam admittit. *d. c.*1. quia nimirum conſanguinitas eſt ſpecies agnationis. § *vulg. Inſt. de ſucceſ. cogn.* Fratres vterini autem omnino excluduntur, quoniam cognati, *arg. dicti c.*1. *de ſucceſſ. frat.*

61 Quod ſi defunctus vna cum fratribus, relinquit ex fratre defuncto filios, iſti filii patruo defuncto, cum patruis viuis ſuccedunt in ſtirpes, non in capita, hoc eſt, ita admittuntur cum patruis ſuis, vt iſtam portionem ex feudo ferant, quam pater illorum, ſi viueret, habiturus fuiſſet.

62 Filii autem plurium fratrum mortuorum; quia iure proprio veniunt, ſuccedunt in capita non in ſtirpes; hoc eſt, tot fiunt portiones feudi, quot ſunt capita ipſorum filiorum. *Borch. c.*7. *n.*81.

63 Quod ad feudum nouum attinet, in eo frater fratri minime ſuccedit, niſi pacto ita cōuenerit, vel vt hodie fit, ſi in inueſtitura id cautum reperiatur, quod frater fratri ſuccedat, etiam in feudo nouo, *c. vnic. de benef. frat. c. vnic. de frat. de nouo benef. inueſt.*

64 Cæterum in allodialibus, deficiente parentum, liberorum & agnatorum ſiue trāſuerſalium cognatione, ſuccedunt ſibi inuicem coniuges. *ex l.*1. *C. vnde vir & vxor.*

65 At aliud eſt in iure feudali, quo ſucceſſio inter coniuges eſt reprobata. *c.*1. *an marit. ſucced.*

vxor. & cap. 1. de inueſt. quam Titius accepit à Sempronio.

66 Denique iure Ciuili bona vacantia pertinent ad fiſcum, *tot. tit. C. de bon. vacant.* Sed hoc in feudo itidem improbatum eſt, vnde deficientibus liberis & agnatis fiſcus non ſuccedit, ſed potius feudum ad dominum reuertitur. *Sonsbec. de feud. n.* 116.

De iure vaſalli, & ſenioris in feudo.

67 In argumento rerum vidimus de rebus per ſe, & ratione conſtitutionis, & acquiſitionis. Proximum eſt, vt de earundem iure videamus.

68 Ius autem rerum feudalium pro diuerſitate perſonarum, inter quas verſatur, itemq; acquiſitionis variat: Aliud enim eſt in vaſallo, aliud in domino: Idque iterum aliud ratione modi, aliud ratione cauſæ.

69 In vaſallo ratione modi eſt, quaſi dominium, quod vulgo vocant dominium vtile, & poſſeſſio ciuilis, cuius vtriuſque vi vaſallus idem habet & poteſt, in feudo, quod verus dominus & poſſeſſor, adeoq; habet omnis commodi & vtilitatis, vel ex re ipſa, vel occaſione rei prouenientis perceptionem. *c. 1. §. fin. de inueſt. de re alien. fact. VVeſenb. de feud. cap. 9. & 10. numer. 4.*

De ſubinfeudatione.

70 Poteſt item vaſallus de feudo, alterum quoque ſubinfeudare, ſeu alterum in locum ſuum ſubſtituere: vocant nonnulli excaden-

tias,

tias, ein Affterlehen / zum Affterlehen anſetzen.

71 Et quidem poteſt vaſallus feudum quod habet, vel totum, vel eius partem, alii in feudum legitime concedere. *c.1.§.ſed etiam.per quos fiat inueſt.*

72 Tria autem copulate requiruntur ad hoc, vt ſubinfeudatio valeat: Primo, vt fiat ſine fraude, hoc eſt, ſincere nõ in fraudem legis ſeu conſuetudinis, qua ſcilicet alienatio prohibita eſt: non in necem atque iniuriam domini vel agnatorum, puta, ne ſub colore & prætextu huius ſubinfeudationis, numerato precio vera feudi conditio pallietur.

73 Secundo, vt feudum ei concedatur, qui ſubinfeudanti æqualis ſit, vel etiam melioris conditionis.

74 Tertio vt ſubinfeudatio, eadem lege, forma, pactis, & conditionibus fiat, quibus ſubinfeudans ipſe feudum à domino accepit. *c. vnic. §. ſi vero. qualit. ol. pot. feud alien. Duaren. de feud. cap. 12. n. 13.*

75 Licita itidem eſt vaſallo feudi refutatio. *De feudi refutatione.* Refutare, item reſignare feudum Longobardi dixerunt, quod latinis eſſet abdicare, renũciare, cedere, vel remittere, Germani, die Lehen aufſſagen oder aufſkündigen.

76 Hinc definitur refutatio, quod ſit feu-

 di, quod

vulgo dicitur. *Borcholt. de feud. capit. 2. numero 16.*

26 Qualitatem inueſtituræ dico, ſi ea fiat vel pure vel in diem, vel ex certo tempore, vel ſub conditione, *arg.* §. *omnis ſtipulatio. Inſtitut. de verb. oblig.*

27 Pacta quod attinet, quæ inueſtituris plerumque inſeri ſolent, illa pro circumſtantiarum varietate multa ſunt ac varia. Omnino autem, ſicut in aliis negotiis, ita & in inueſtitura etiam id, de quo conuenit, ſeruandum eſt, ſi inueſtituræ nulla adiiciantur pacta, tunc ea ſeruabuntur, quæ fert communis natura feudorum. *Vult. lib. 1. feud. capit. 7. n. 55.*

28 Hucvſque quomodo feudum, quod non eſt, conſtituatur, per inueſtituram. Sequitur, qua ratione feudum, quod eſt, per inueſtituram renouetur: quæ inueſtitura eſt cõfirmatio & quaſi redintegratio inueſtituræ, primitus de feudo factæ, ſiquidem ea nihil noui iuris addit, ſed id, quod inuenit, confirmat. *c. 1.* §. *præterea, ſi quis. de prohib. feud. alien. per Fridericum.*

29 Et quidem renouatio toties peti debet, quoties, vel domini, vel vaſalli perſona mutetur, puta alterutro, vel vtroque mortuo.

30 Et cogitur vaſallo mortuo eius filius, vel proximus agnatus renouationem à domino petere. Et è conuerſo domino defuncto, vaſallus

vaſallus neceſſe habet, eam deſiderare à filio vel ſucceſſore domini.*c.vnic.in pr.quæ ſuer.prim. cauſ. beneficii amitten. c. Sancimus. in pr. quo temp. miles.*

31 Vaſallo autem, pluribus hæredibus relictis, decedente, omnes inueſtituram petere, & fidelitatem facere debent, maxime ſi feudum indiuiſum habeant.

32 Quod ſi feudum ex diuiſione ad vnum peruenerit, illc ſolus inueſtituram petet, & fidelitatem faciet. *cap. 1. §. omnes filii. ſi de feud. defunct. controuerſ.*

33 Præterea reuocatio peti debet poſt mortem vel domini vel vaſalli à pagano intra annum & diem, à milite intra annum & menſem. *cap. vnic. § . vlt. de prohib. feud. alienat. per Lothar. c. vnic. quo temp. miles.* quod tempus æſtimatur ex die ſcientiæ, adeoque currit duntaxat ab eo tempore, poſtquam videlicet vaſallus comperit feudum ſibi quæſitum eſſe, aut priori domino alium ſucceſſiſſe. *c. vnic. §. 1. qualiter olim poter. feud. alie.*

34 Tertio diſtribuitur inueſtitura, in inueſtituram ſimultaneam & ſingularem, ſiue non ſimultaneam inueſtituram.

35 Simultanea inueſtitura eſt, qua plures de vno eodem feudo ſimul & communiter inueſtiuntur. *Bocer. in Tract. de inueſt. c. 2. nu. 84. & ſeq. Rittersh. lib. 1. feud. c. 9. q. 29.*

36 Hæc

36 Hæc alia eſt, quæ iure communi feudorum eſt introducta, alia vero, quæ iure ſpeciali & conſuetudinario Saxonico recepta.

37 Vtraque appellatur, die geſambte Handt/ oder geſambte Handtbelehnung. *Gail. lib. 2. de pac. pub. capit. 13. numer. 3. Bocer. d. l.* Hucvſque de feudi conſtitutione, & conſtituti renouatione.

38 Acquirendi modi, alii ſunt inter viuos, alij mortis cauſa. Inter viuos acquirendi modi ſunt: Inueſtitura, (quæ eadem & conſtituendi modus eſt.) & ſententia iudicis.

39 Sententia iudicis acquiritur feudū hoc modo, ſi lite in iudicium deducta, iudex pronunciauerit, fundum eſſe feudalem, qui reuera erat allodialis, eaque ſententia tranſiret in rem iudicatam. *Roſenthal. de feud. capit. 6. concluſ. 133.* inueſtitura hoc caſu, alia eſt vera, alia præſumpta.

40 Per veram inueſtituram, feudum, eo ipſo quod conſtituitur, ſimul etiam acquiritur, ſi iuſto ſit ſubnixa titulo, cuiuſmodi eſt donatio, venditio, & permutatio. *arg l. nunquam 31. de acq. rer. dom.*

41 Inueſtitura præſumpta reſultat ex lapſu temporis, ſiue præſcriptione. *c. 2. §. ſi quis per 30. annos. ſi de feud. defunct.*

42 Vt autem præſcriptio locum habeat, & procedat, tria copulatiue requiruntur. Primo, quod

quod vaſallus rem poſſideat per 30. annos, ſine aliqua interruptione ſiue vſurpatione.

43 Deinde quod vaſallus poſſederit feudum, tanquam feudum quod ſi enim alio animo rem poſſederit, V. G. vt pignus, non potuit eam tanquam feudum præſcriptione acquirere: non enim habuit animum poſſidendi feudum, ſed tantum poſſidendi pignus, nec hanc poſſeſſionis cauſam etſi voluit, mutare potuit. *l,3.§.illud. & l.qui bona fide* 19.§. 1. *de acq. poſſeſſ.*

44 Denique quod vaſallus ſeruitium Domino præſtiterit. *Dd. in d.§. ſi quis per* 30. *annos.*

45 Mortis cauſa feudum acquiritur ſucceſſione. Alia autem eſt ſucceſſionis ratio in feudis, quam in allodiis: Cum enim omnis ſucceſſio iure ciuili ſit vel ex teſtamento vel ab inteſtato, diuerſo iure vtimur in conſuetudinibus feudalibus, in quibus expreſſe diſpoſitum eſt, vt de feudis nulla poſſit fieri in teſtamento ordinatio. *c.*1. §.*donare. qual.ol.pot.feud. alien.*

46 Quod attinet ad ſucceſſionē legitimam ſiue ab inteſtato, ſecundū iuris nouiſſimi conſtitutionem, tres ſunt ordines ſuccedentium, ſecundus aſcendentium, tertius tranſuerſalium. *Nouel.* 118.

47 Mortuo itaq; vaſallo, prima cauſa eſt liberorum,

berorum, adeoque liberi naturales & legitimi ſimul ſuccedunt defuncto, ſi maſculi ſunt: Fœmina enim à feudi ſucceſſione regulariter excluditur. *c.* 1. §. *hoc autem. de his qui feud. dar. poſſ.* Tum propter honeſtatem, tum conſilij fragilitatem, itemque ſecreti occultandi difficultatem, tum denique propter voti lubricitatem & militiam de quib. *Vult. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 3. *& cap.* 9. *n.* 26. *& ſeq.*

48 Aliud tamen eſt in meliorationibus & fructibus feudi, in quibus fœminæ æque ſuccedunt ac filii, nec intereſt, ſine feudum illud domino aperiatur, ſiue ad agnatos ſucceſſione deuoluatur, adeo, vt ſi in poſſeſſione ſint, rem feudalem tamdiu retinere poſſint, quoad meliorationes receperint. *capit.* 1. §. *ſi vaſallus.*

49 Quinamplius, ſi fœminæ non habeant vnde viuant, vel non ſuperſint alia bona hereditaria, ex quibus dos ipſis conſtitui poſſit, eo caſu alimenta & dos filiæ debentur ex æquitate ſecundum morem regionis, vel ea non exſtante, pro dignitate ipſarum filiarum, maritorumque, modoque facultatum & numero liberorum. *arg. c.* 1. § *final. Epiſcopum vel Abbatem. Hart. Piſt. quæſt.* 37. *n.* 2. *& ſeq.*

50 Circa clericos diſtinguendum eſt, inter feudi conſtituti ſucceſſionem, & retentionem.

51 Quod ad prius attinet, de eo conſtat

Cleri-

Clerico feudum nouum dari poſſe, at clericum in feudo non ſuccedere per text expr. in *c.1. in fin. de feud. fœmin. & c. 1. de vaſal. milite qui arma depoſ.*

52 Ratio huius iuris traditur, quod nimirum miles ſeculi eſſe deſierit, qui ceperit eſſe miles Chriſti, nec feudum pertineat ad eum, qui officium militare gerere non debet, vt maxime per vires corporis poſſit. Hanc ſententiam tanquam veriorem ſecuta eſt Camera Imperialis, teſte Mynſin. *cent.5.obſer.48.*

53 De imperfectis denique, ſiue animo, quales ſunt furioſi, & mente capti, ſiue corpore, quales ſunt ſurdi, muti, cæci, claudi, ita iure diſpoſitum eſt, vt illi in feudis non ſuccedant, ſi natura tales ſint: Secus eſt, ſi ex accidenti furor, dementia, aut quod aliud vitium ſuperuenerit, eo caſu namque feudorum ſunt capaces. *c vnic. & ibi Dd. an mutus & alius imperfectus. Borch. de feud. c.7.n.63.*

54 Rationem diſtinctionis inter prædictos tales ex natura & ex accidenti hanc quidem reddunt, quod imperfectus natura nunquam fuerit habilis, quod non eſt in imperfecto ex accidenti.

55 Poſt deſcendentes ſi nulli ſint in ſucceſ- *De ſucceſſione aſcendentium.*
ſione bonorum allodialium, iure ciuili proxima cauſa eſt aſcendentium, ſi ſuperſint. *Nouel.* 118.

C 56 Se-

56 Secus eſt de iure feudali, quo aſcendentium nulla eſt ſucceſſio in feudis. *capit.* 1 *in pr. de nat. ſuc. feud.* Feudum enim datur ſimpliciter à domino ſaltem contemplatione accipientis, & legitimorum hæredum deſcēdentium, non etiam aſcendentium, nam ſi dominus hoc voluiſſet potuiſſet illis primo conferre. *c.* 1 *in quib. cauſ. feud. amitt.*

De ſucceſſione tranſuerſalium.

57 Deficiente linea recta ius ſuccedendi deuoluitur ad lineam tranſuerſam ſiue ad collaterales, tam de iure ciuili quam feudali *c. vnic. de nat. ſuc. feud. c. vnic. de ſucceſ. frat.*

58 Et quidem ſuccedunt tranſuerſales ſiue collaterales, ſi ſint agnati, remotis cognatis *c. vnic. de nat. ſucceſſ. feud.* Ratio eſt, fauor conſeruandarum familiarum, quæ propagantur per agnatos, non etiam per cognatos.

50 Succedunt itaq; ſoli agnati, ſi nimirum feudum fuerit paternum, ſiue antiquum, & tranſuerſales ab eo deſcendant, qui primus feudum acquiſiuit. *cap. vnic.* §. *ſi capitanei. de feud. March.* adeoque in feudo antiquo ſiue paterno primo vocantur ipſius defuncti fratres, tam conſanguinei quam germani. *c.* 1. §. *his vero. de ſucceſſ. fratrum.*

60 Quamuis enim iure ciuili frater germanus ſiue vtrinque coniunctus excludit fratrem conſanguineum, ex altero parente tantum coniunctum. *d. nouel.* 118. Secus tamen eſt,

de iure

de iure feudali, quod conſanguineos etiam admittit. *d. c.*1. quia nimirum conſanguinitas eſt ſpecies agnationis. §.*vulg.Inſt.de ſucceſ.cogn.* Fratres vterini autem omnino excluduntur, quoniam cognati, *arg.dicti c.*1.*de ſucceſſ.frat.*

61 Quod ſi defunctus vna cum fratribus, relinquit ex fratre defuncto filios, iſti filii patruo defuncto, cum patruis viuis ſuccedunt in ſtirpes, non in capita, hoc eſt, ita admittuntur cum patruis ſuis, vt iſtam portionem ex feudo ferant, quam pater illorum, ſi viueret, habiturus fuiſſet.

62 Filii autem plurium fratrum mortuorum, quia iure proprio veniunt, ſuccedunt in capita non in ſtirpes, hoc eſt, tot fiunt portiones feudi, quot ſunt capita ipſorum filiorum. *Borch.c.7.n.81.*

63 Quod ad feudum nouum attinet, in eo frater fratri minime ſuccedit, niſi pacto ita cōuenerit, vel vt hodie fit, ſi in inueſtitura id cautum reperiatur, quod frater fratri ſuccedat, etiam in feudo nouo, *c.vnic. de benef.frat.c.vnic.de frat de nouo benef.inueſt.*

64 Cæterum in allodialibus, deficiente parentum, liberorum & agnatorum ſiue trāſuerſalium cognatione, ſuccedunt ſibi inuicem coniuges. *ex l.*1.*C. vnde vir & vxor.*

65 At aliud eſt in iure feudali, quo ſucceſſio inter coniuges eſt reprobata. *c.*1.*an marit.ſucced-*

rias, ein Affterlehen / zum Affterlehen anſetzen.

71 Et quidem poteſt vaſallus feudum quod habet, vel totum, vel eius partem, alii in feudum legitime concedere. *c.1.§.ſed etiam.per quos fiat inueſt.*

72 Tria autem copulate requiruntur ad hoc, vt ſubinfeudatio valeat: Primo, vt fiat ſine fraude, hoc eſt, ſincere nō in fraudem legis ſeu conſuetudinis, qua ſcilicet alienatio prohibita eſt: non in necem atque iniuriam domini vel agnatorum, puta, ne ſub colore & prætextu huius ſubinfeudationis, numerato precio vera feudi conditio pallietur.

73 Secundo, vt feudum ei concedatur, qui ſubinfeudanti æqualis ſit, vel etiam melioris conditionis.

74 Tertio vt ſubinfeudatio, eadem lege, forma, pactis, & conditionibus fiat, quibus ſubinfeudans ipſe feudum à domino accepit. *c. vnic. §. ſi vero. qualit. ol. pot. feud alien. Duaren. de feud. cap. 12. n. 13.*

75 Licita itidem eſt vaſallo feudi refutatio. *De feudi refutatione.* Refutare, item reſignare feudum Longobardi dixerunt, quod latinis eſſet abdicare, renũciare, cedere, vel remittere, Germani, die Lehen auffſagen oder auffkündigen.

76 Hinc definitur refutatio, quod ſit feu-

 di, quod

di, quod habet vaſallus, ab ipſo facta renũtiatio. Cuiat. *in c.1. de vaſ. decrept. ætatis.*

77 Eaque eſt propria vel impropria: illa eſt, quæ fit domino, ſiue vt loquuntur in manus domini, hæc eſt, quæ fit vel agnatis vel extraneis. *Vult. lib. 1. feu. d. cap. 10. n. 75.*

78 Vtraq fieri poteſt domino tam nolente quam volente. *Mynſing. cent. 6. obſ. 23.* Poſt refutationem autem vaſallus ad ſeruiendum non tenetur, ſed dominum tamen tunc offendere non debet. *c. 1. de vaſall. qui contr. conſtit. Lotharii benefic. alien.*

79 Quando autem feudum refutatur Domino, tunc ſi feudum nouum eſt, deſcendentibus & agnatis præiudicatur, nec habent illi, ius reuocandi à domino vel eius hæredibus.

80 At ſi antiquum ſiue paternum ſit feudum, nocet refutatio filiis & agnatis tantiſper quo ad refutans viuit: Mortuo refutante feudum, ad liberos vel agnatos ipſius rurſus deuoluitur. Reſoluto enim iure dantis, reſoluitur ius accipientis, ſecundum regulam feudiſticam. *Borch. c. 8. n. 54. Vult. c. 10. n. 16. lib. 1.*

81 Deſcendentibus recte refutatur feudum, tam nouum quam antiquum. *capit. 1. de vaſall. decrep. ætat:* Collateralibus ſiue agnatis proximioribus (modo ſint ex deſcendentibus primi acquirentis) duntaxat antiquum refutatur feudum.

82 Quod

82 Quod ſi vaſallus feudum nouum agnato refutauerit, refutatio nulla eſt, ſed feudum Domino aperitur: refutatio enim, quæ fit ei, qui ius ſuccedendi non habet, pro alienatione habetur. *Hotom. conſilio quarto, volum.*1.

83 Denique vaſallus non tantum cum coheredibus ſine conſenſu domini abſque fraude diuidere poteſt, *capit. vnic.* §. *omnes filii. Si de feud. def. inter dom. & vaſall.* Sed & feudum quoque alienare ei permiſſum eſt, ſi accedat conſenſus eorum, quorum intereſt: Et domini quidem in omni feudo, agnatorum vero in veteri. *capit. vnic. de probib. feud. alienatio. per Frider.*

84 Alias certe vaſallus alienare non poteſt, neque totum neque partem feudi.*c.*1. 1.*qualit. cl. feud. alienar. pot.* Sane fructus & commoditates feudi recte poſſunt alienari & obligari quod eovſq; valet, dum viuit vaſallus.*Borch. de feud. cap.* 8.*n.*58.

85 Sic videmus iudicem poſſe ex cauſa iudicati mittere creditores in bona feudalia, ad percipiendos fructus, quamdiu vaſallus viuit, aut feudum ad Dominum iure non redit. *Roſenthal. capit. non. de feud. concluſ.* 17.

86 Sic item conſtituuntur dotes in fructibus feudi, vt nimirum maritus fructus feuda-

les tantiſper ex re feudali percipiat, quovſque ſocer vixerit, vel vt pater ſe obliget ad fructus, genero ſuo dandos. *Zaſius part. 9. de feud. numer.* 8.

87 Ratione cauſæ vaſalli ius eſt, vt dominum habeat obligatum, ad aliud quidem ante feudi traditionem, ad aliud poſt traditionem.

88 Ante traditionem, vt dominus vaſallum poſt contractum feudalem, de feudo nouo inueſtiat, & feudum tradat, *c. 1. in fin. de noua form. fidelit.*

89 In feudo antiquo, dominus tenetur vaſallo ad feudi renouationem, ſi ea iuſto tempore ſit petita. *gloſ. in capit. 1. in fin. per quos fiat inueſt.*

90 Poſt traditionem vel ſucceſſionem, dominus tenetur vt ſemper vaſallo feudum habere licere præſtet, vel ſi id euictum ſit, aliud det eiuſdem bonitatis, vel numos in aliud feudum conuertendos. *cap. 1. de inueſtit. de re aliena facta.*

91 Præterea vaſallus dominum ſibi habet obligatum, ad vicem mutuam ſibi reddendam, inprimis autem ad beneuolentiam & tuitionem. Hinc prouerb. illud, Fidelem dominum facere fidelem ſeruum. Germani reddunt, Treuwer Herr/Treuwer Knecht.

92 Ratio eſt, quia inter vtrumq; mutua eſt obligatio

obligatio *c.1.§.dominus.de form.fidel.*Tantum de Iure vaſalli.

93. Ius domini, ſiue quod Dominus in re feudali habet, conſiſtit in eius proprietate. *c. vnic.circ.fin.in quib.cauſ.feud.amitt.*Et vigore huius iuris dominus ſine conſenſu vaſalli poteſt ius ſuum alicui oppignorare. Rittersh. *lib.1. feud.cap.4.quæſt.4.*

94. Non tamen eo ſe ius domini extendit, vt vaſallo collectas indicere poſſit. Menoch. *conſ.32.n.48.* De eo conſtat, dominum feudi, propter ius in rem & directum dominium, vaſallo ſine liberis virilis ſexus, vel agnatis mortuo, adeoque tota eius ſtirpe deleta, & omnibus agnatis deficientibus, feudum ad eundem dominum reuerti, vt ei apertum & commiſſum, tanquam vacans & caducum, *c. 2.de ſucceſſ.frat.c vnic.de duob.frat.à capitan.inueſt.*

95. Ratione cauſæ, & inprimis contractus & vltimæ voluntatis domini ius eſt, vt vaſallus domino ante traditionem fundi feudalis, ſit obligatus, ad petitionem inueſtituræ, & poſtmodum ad iuſiurandum fidelitatis. *c. vnic.§.fin.de nou form.fidelit.*

96. Poſt traditionem vaſallus domino obligatus eſt. Primo, ad obſequium, fidem, honorem, & reuerentiam domino exhibendam. Deinde ad operas & ſeruitia vaſallica ſiue feudalia. Rittersh.*lib.2.feud.cap.1.quæſt.5.*

De amiſſione feudi.

97. Viſis iis, quæ ad acquiſitionem & ius feudi pertinent, reliquum eſt, vt de amiſſione feudi videamus. Quicquid enim certo modo conſtituitur, certo quoque modo diſſoluitur. *l fere* 96. *l. omnia* 101. *l. nihil de* R.I.

98. Videndum itaque eſt de cauſis, propter quas feudum extinguatur & amittatur. Vaſallo enim, feudum ſemel legitime conſtitutum & acquiſitum, non poteſt à domino ſine iuſta cauſa eripi. *c.* 1. *de nat. feud.* Cum nimirum illa priuatio coniuncta ſit, cum ignominia vaſalli, qua non debet affici innocens. *l. ſancimus. C. de pœnis.*

99. At è contrario vaſallus, ſi ei non amplius libeat, feudum retinere & domino ſeruire, poteſt id domino ſuo pro libitu refutare, quia eiuſmodi refutatio domino nullam ignominiam, nullumque incommodum adfert, ſi modo tempeſtiue fiat, quia loco ſeruitiorum, quibus carere neceſſe habet dominus, recipit feudum pleno iure, de quo ſi vult, poteſt alium rurſus de nouo inueſtire, vel ſi id malit, retinere, & fructus inde percipere.

100. Cauſas amittendi feudi quod attinet, illæ aliæ ſunt in vaſallo, aliæ in domino, quæ ad tria ſumma genera reuocantur: Ad caſum, renunciationem & delictum.

101. Caſus primo conſiſtit in morte vaſalli,

ſalli, adeoque feudum extinguitur, ſi vaſallus, nullis relictis feudi ſucceſſoribus, deceſſerit; Et in feudo quidem nouo ſine liberis, in antiquo feudo ſine agnatis. *c.4. quib. mod. feud. amit.*

101. Deinde caſus conſiſtit in interitu rei feudalis; Eſt enim feudum ius in corpore, quo ſublato, & ipſum perire neceſſe eſt, §, *penult. Inſt. de vſufr.*

102. Renunciatio duplex eſt, expreſſa vel tacita: Expreſſa eſt in refutatione feudi, qua vaſallus feudum domino vel agnatis ſponte ſua cedit.

103. Tacita renunciatio eſt in præſcriptione, vt quando vaſallus patitur dominum libertatem prædii feudalis, iuſto & ſtatuto temporis ſpacio, præſcribere. *c.* 1. §. *ſi quis per* 30. *annos. ſi de feud. def. contr.* Mynſing. 4. *obſeru.* 28.

104. Denique delictum eſt, ſi vaſallus quid contra fidem domino datam, adeoque contra obligationem vaſalli, maxime dolo malo fecerit. Delictum autem ſiue culpa in materia feudali vocatur felonia, quod latius dicitur ſcelus. Germanice ein Schelmſtuck. Vult. *lib.* 1. *feud. cap.* 11. *n.* 17. Eſtque culpa alia commiſſionis, alia omiſſionis.

105. Vtraq; culpa eſt hominis in homine, & in homine vel ipſo, vel ipſius rebus ac bonis.

106. Cul-

106. Culpa commiſſionis in hominem ipſum eſt, vel in dominum, vel in alium quam dominum. Et in dominum iterum vel directo vel per conſequentiam.

107. In ipſam domini perſonam, quæ directo ſiue immediate committitur, iure feudorum expreſſa eſt. Primo deſertio domini, non mortui, neque etiam lethaliter vulnerati in prælio campeſtri, vel alio periculo conſtituti. *c.*1.*quib.mod.feud.amitt.*

108. Deinde vaſallus dominum aſſiliens, quocunque modo, ſiue illud fiat inſidiis, vel vi, exinde feudo priuatur. *dict.c* 1. *verſ.ſimiliter. quib.mod.feud.amitt.*

109. Tertio reuelatio ſecretorum eſt cauſa amiſſionis feudi, *cap.*1.*quib.mod.feud.amitt.* Itemque ſeruitiorum detrectatio *c.*1.*de feud. ſine culp.non amitt.* Et omiſſa petitio renouandæ inueſtituræ, intra annum & diem, aut tempus pro ratione curiæ conſuetum. *c.*1. *quæ fuit prima cauſa.*

110. Præterea violentia, ſiue manus vaſalli in dominum, impia eſt cauſa priuationis feudi.*c.*1.§.*porro.quæ fuit prima cauſa.* Itemque iniuriæ graues & inhoneſtæ *dict.* §.*porro.* Nec non etiam inficiatio feudi totius, vel partis, aut qualitas feudi. *c.*1.§.*vaſallus.ſi de feud. def.c. c.*7.§.*fin.de l. Conradi.*

111. Denique amicitia cum hoſte domini

ſponte

ſponte contracta, vnde dominus damnum aliquod ſentiat, eſt cauſa priuationis feudi iuſtiſſima. *cap.* 1. *quot teſtes ſint neceſſ.* Vulteius *d. loc. num.* 29.

112. Culpæ in dominum per conſequentiam, ſiue mediate in perſonis, quæ poteſtati ſiue affectui ſubiectæ ſunt, commiſſæ ſpecies, iure feudiſtico expreſſæ ſunt hæ: Nimirum cucurbitatio domini, id eſt, macula, quæ ex adulterio vel ſtupro in patroni domum illato contrahitur. *cap.* 1. *quib. mod. feud. amitt.* Item grauis vel inhoneſta iniuria, neceſſariæ perſonæ domini illata. *cap.* 1. *de nou. form. fidel.*

113. In alium quam dominum, culpæ commiſſæ ſpecies hæ ſunt legitimæ. Parricidium *cap.* 1. §. *fin. quæ fuit prima cauſa benef. amit.* Item proditio *cap.* 1. *an ille qui interf. frat. dom.* Et denique quæuis cauſa alia, ob quam vaſallus honeſte & ſine dedecore in curia domini ſtare non poteſt Roſenth. *lib.* 1. *cap.* 10. *concluſ.* 65. *verſic. aut ſi convaſallo.* Borch. *cap.* 8. *num.* 105.

114. Culpæ commiſſæ in dominum occaſione rerum ſiue bonorum in iure expreſſæ ſpecies ſunt hæ. Nimirum, inuaſio caſtri, ſiue loci ad dominum pertinentis. *c.* 1. §. *porro. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.* Itemque deterioratio rei feudalis, magna & notabilis, ad perpetuum

petuum feudi damnum ſpectans. *c.1. §. quicunque de pace tenenda.* Et denique alienatio feudi. *cap.1. §. callidis. de proh. feud. alien. per Lothar.*

115. Culpæ omiſſionis, ob quas vaſallus feudo priuatur, ſpecies hæ ſunt. Primo occultatio periculi, quod vaſallus domini perſonæ, vel bonis imminere ſciebat. *cap. 1. de nou. form. fidelit.*

116. Deinde, ſi vaſallus dominum ſuum carceri ex cauſa iuſta incluſum non liberauerit, cum id ſciret & poſſet. *c.1. §. item ſi delator. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.*

117. Et hi ſunt modi & cauſæ, ex quibus vaſallus feudo cadere poteſt.

118. Cæterum in domino eædem ſunt cauſæ, quæ in vaſallo, quia in hiſce cauſis, dominus & vaſallus ad paria iudicantur. *c.1. §. qualit. dom. feud. propriet. priuetur.*

119. Vel maxime autem concurrunt hæ cauſæ in domino & vaſallo, quæ cum obligatione domini pugnant. Veluti, ſi inueſtire vel renouare inueſtituram legitime requiſitus, noluerit dominus; Si vaſallum cauſa incognita poſſeſſione ſpoliauerit: ſi requiſitus à vaſallo de facienda iuſtitia eam denegauerit, & quæ his ſunt ſimilia, de quibus Vult. *de feud. cap.11. n.52. lib.1.*

120. Verum enim vero, hæc omnia, quæ de amiſſione

amiſſione feudi conſtituta ſunt, locum habent, niſi dominus ingratitudinem, ſiue culpam remiſerit, quod fieri poteſt, expreſſe vel tacite.

121. Expreſſe veluti pacto, tranſactione & ſimili modo. Zaſ. *part.*10.*num.*77. Tacita remiſſio inducitur per quemcunque actum, ex quo colligi poteſt voluntas domini remittentis, de quo Vulteius *d.num.*63.

Pars

Pars IV.

DE ACTIONIBVS.

1. HVc vſque de perſonis & rebus: Supereſt, vt de actionibus dicamus. *argum. pr. Inſt. tit. de action.* Actionis autem vocabulum ita hoc loco accipimus, vt ſub ſe actiones, tam in rem quam in perſonam, itemque & interdicta ſub ſe comprehendat. *l. actiones 37. ff. de obl & actionib.*

2. Et proinde definitur hic actio, quod ſit ius perſequendi in iudicio, quicquid prædii feudalis nomine vaſallo & domino debetur. Eius tria ſumma ſunt capita. Species, perſonæ, & ordo.

De ſpeciebus actionum.

3. Species actionum variant pro diuerſitate vaſalli & domini, item iuris in rem & obligationis.

4. In vaſallo ratione iuris quod in rem habet, & quidem quaſi dominii, potiſſima ſpecies eſt, quaſi vendicatio. *c. 1. §. rei autem. de inueſt. de re alien. fact.* At cum vere ac proprie, ſiue directo rei feudalis dominus non ſit vaſallus, exinde nec directa vendicatio ipſi datur, ſed duntaxat vtilis, quæ tamen in effectu idem valet,

valet, quod directa. *argument. l. 47. de negot. geſt.*

5. Quin amplius etiam datur ipſi vaſallo vindicatio de ſeruitute rei feudali debita. *dict. §. rei autem verſ. nam & ſeruit.* Roſenth. *cap. 12. concluſ. 2.*

6. Sed non tantum petitorio agere vaſallo permiſſum eſt, ſed & ratione poſſeſſionis interdictis rem ſuam defendere poteſt. Et quidem ratione poſſeſſionis adipiſcendæ in ſucceſſione eſt interdictum quorum bonorum, vel quandoque decretum ex edicto D. Hadriani.

7. Ratione retinendæ poſſeſſionis competit ei interdictum vti poſſidetis contra turbantem. Et denique ratione recuperandæ poſſeſſionis, interdictum vnde vi, contra deiicientem. Roſenth. *d. cap. 12. concl. 3.* Borch. *cap. 9. n. 18. & ſeq.*

8. Ratione obligationis in vaſallo, ſi promiſſio feudi de inueſtiendo ſine ſtipulatione facta eſt, competit actio ex ſtipulatu, vel ſi feudum per emptionem promiſſum eſt, actio ex empto.

9. Si vaſallus permutationem fecerit, actio præſcriptis verbis. Denique ſi res in feudum data fuerit aliena, datur vaſallo actio de euictione. Duaren. *de feud. cap. 19. n. 3.* Borch. *cap. 9. num. 10.*

10. Ratione obligationis ex delicto, ſi forte dominus cum vaſalli vxore rem habuerit, vel ei grauem iniuriam fecerit, regulariter actio ingrati locum habet, qua feudum vaſallus ſibi adiudicari petit. Giphan. *de feud. cap. vltim.*

11. In domino ratione iuris in rem, & quidem domini, eſt directa rei vendicatio, quæ domino competit, ſicut vaſallo vtilem accommodari ſupra dictum. *dict. §. rei autem. vbi Dd.*

12. Ratione poſſeſſionis nulla competunt domino interdicta, ratio eſt, quod vaſallus poſſideat feudum non etiam dominus, vt qui omnem poſſeſſionem rei feudalis à ſe in vaſallum tranſtulit. *c. 1. qui ſucceſſ. feud. dar. tenean.*

13. Ratione obligationis ex contractu, eſt condictio ex moribus, qua ſeruitia inprimis petuntur, vel etiam actio ex ſtipulatu, ad exhibenda à vaſallo ſeruitia, ſi ea ſtipulatus ſit, vel, ſi dominus rem feudalem ſibi reddi, & feudum diſſolui malit, ob id, quod vaſallus domino petenti ſeruire noluerit, condictio cauſa dati, cauſa non ſecuta *c. 1. de feud. ſine culp. non amittendo.*

14. Ratione obligationis ex delicto, eſt actio ingrati; Quod ſi feudum ipſo iure commiſſum ſit, & vindicatio locum habet Roſenth. *dict. cap. 12. concl. 5.*

15. De-

15. Denique extraneis etiam quandoque de feudo ad feudum actiones dantur, ſed eæ ſpeciali iure feudali definitæ non ſunt, *de quibus Vult lib.1.cap.1.n.23.* Tantum de ſpeciebus actionum.

16. Perſonæ iudicii feudalis duorum ſunt generum, litigantes, & iudices. Litigantes perſonæ principales in iudicio feudali ſunt actor & reus, feudalem qualitatem habentes: Actor eſt, à quo initium litis proficiſcitur. Reus eſt, qui conuenitur, vel is cum quo agitur, & vnde petitur. *De perſonis iudicii feudalis.*

17. Minus principales perſonæ litigantes ſunt; Aſſeſſores, Commiſſarii, Procuratores, Notarii & alii ſimiles; *de quibus Schrad part.* 10. *ſect.* 13.

18. Iudices controuerſiarum feudalium regulariter ſunt dominus feudi controuerſi, & pares curiæ. Illique ſunt iudices ordinarii, vtpote ordinariam iuriſdictionem ab ipſa lege feudali habentes. *c.* 1. §. *præterea. de prohib. feud. alienat. per Frid.*

19. Dominus feudi, eſt iudex competens immediatus, in controuerſia feudali, quæ eſt inter duos pluresve conuaſallos ipſius domini. *dict.* § *præterea.* Si plures ſint feudi domini ſimul etiam iudicabunt. Schrad. *part.* 10. *ſect.* 1. *n.* 186. *&* *ſect.* 5. *n.* 33.

20. Atque hoc, quod dictum eſt, dominum

feudi eſſe iudicem competentem inter duos litigantes conuaſallos, tunc obtinet, quando contentio eſt inter conuaſallos inferiores, & Imperio Romano mediate ſubiectos, quo caſu cognoſcit ipſorum dominus intermedius.

21. Nam ſi contentio ſit, inter vaſallos ipſos, qui ſunt Duces, Marchiones, vel Comites, Imperio Romano immediate ſubiectos, multoque magis, ſi de feudo aliquo regali, cuiuſmodi eſt, Ducatus Marchionat⁹, & Comitatus controuerſia ſit, eo caſu ſolus Imperator inter ipſos Iudex eſt competens. *c.* 1. *de l. Conrad.* Borch. *de feud. cap.* 10 *n.* 3.

22. Illud adhuc notandum eſt hoc loco, dominum feudi, ſi Rex ſit, vel alius Princeps, habere plerumque in vaſallos quoque merum imperium, etiam extra cauſas feudales, quod ita accidit, non quatenus dominus feudi eſt, ſed quatenus eſt magiſtratus, ſupremamque poteſtatem habet.

23. Pares curiæ, ſunt iudices, quando inter dominum & vaſallum ratione feudi controuerſia oritur. *c. fin. de prob. feud. alien. per Frid.* Idque ideo, ne dominus in propria cauſa ſibi ius dicat *contra legem vnicam. c. ne quis in ſua cauſa.*

24. Dicuntur & ſunt pares curiæ vaſalli, qui ſub vno & eodem domino, & in vno territorio, ſiue diſtrictu, feuda poſſident, fidelitatemque domino pro his feudis præſtiterunt.

Non

Non itaque ſatis erit, vt pares ſint vaſalli eiuſdem domini, niſi etiam ſint in eodem territorio conſtituti. *Mynſing. cent.* 4. *obſ.* 39.

25 Cæterum hoc ita regulariter verum eſt, quod de domino feudi itemque paribus curiæ dictum eſt: Nam aliquando accidit, quod domini vel pares curiæ, de controuerſia feudali cognitionem non habent, ſed alius, deficiente enim iuriſdictione Domini vel paris, deueniri ſolet, vel ad iudicem ordinarium, vel ad arbitrum. Ordinarius enim in feudis, ſubſidiarius tantum iudex, & arbitri iuriſdictio extraordinaria tantum eſt. *Borch. capit.* 10. *numer.* 11.

26 Si itaque controuerſia ſit; inter Dominum, & alium quam vaſallum, de re feudali, ordinarij eſt iuriſdictio. *Roſenth. cap.* 12. *concl.* 30. Item, ſi pares curiæ ſuſpecti arguantur, ordinarii eſt cognitio. *Borch. d. cap.* 10. *n.* 11.

27 Conſtituto ex perſonarum vtrinque litigantium, & competentis iudicis interuentu, iudicio feudali, reſtat ordo & modus illud exercendi. Eſt autem ille, idem cum ciuili, niſi, ſicubi in iure feudorum aliquid ſingulare ac proprium ſit introductum. *VVeſenb. de feud. cap.* 17. *in fin.*

De ordine & proceſſu, itemque ſingularibus iudicii feudali.

28 Opus itaque omnino eſt Citatione, libelli formatione & oblatione, litiſque conteſtatione, tam in prima, quam etiam vlteriori-

EXEGESIS
IVRIS CA-
NONICI
SECVNDVM TRIA OB-
IECTA IVRIS

TRIBVS PARTIBVS
comprehenſa & concinnata

à

MATTHIA STE-
PHANI I. V. D. ET
Anteceſſore in Academia
Gryphiſvvaldenſi.



FRANCOFVRTI,
Typis Nicolai Hoffmanni, ſumptibus Petri Kopffij,
ANNO M.DCXVII.

VIRI

Quâ pietatem,
Quâ prudentiam ſingularem,
Quâ variarum rerum peritiam,

Præſtantiſſimi,
Spectatiſſimi,

DN. IOANNIS DALMERI, REGII DANTISCI CIuis & Mercatoris primarij,

Filio vnico & chariſſimo

HENRICO,

ADOLESCENTI INGENVO ET induſtrio, amico ſuo chariſſimo,

hanc Iuris Canonici Exegeſin,
in argumentum beneuolentiæ ſuæ

donat & dedicat

Matthias Stephani IC.

EXEGESIS IVRIS CANONICI

PROOEMIVM

OMNE *ius, ex quo cauſæ in foro definiuntur, & quod in Scholis profitemur, eſt vel Cæſareum & Ciuile, vel Canonicum ſiue Pontificium. De iure ciuili, quod & conſuetudines feudales continet, antea dictum. Supereſt ius Canonicum ſiue pontificium, quod decretis pontificum, dictis patrum, ſtatutiſque conciliorum conſtat: normam & regulam certam docendi & gubernandi Eccleſiam continens, diuiditur in decreta & decretales. Decreti partes ſunt tres: Prima continet pugnantium decretorum diſtinctiones: altera pars obtinuit nomen cauſarum, quæ ex eo ſic dictæ, quod argumenta ſint, ex quib. eliciuntur quæſtiones. Tertia & vltima pars eſt de conſecratione, quæ habet quinq; diſtinctiones. Decretales dicũtur, ſubaudiendo epiſtolas, quas ſummus Pontifex vel ſolus, vel ex conſilio Cardinalium ad conſultationem ſiue interpellationem alicuius fecit. Vnde patet: Decretũ ſe habere in iure Canonico vti Digeſta in iure ciuili: at decretales, vt Codex, quoad partem primam: quoad cæteras vero duas, & maxime Sextum decretalium, vt Nouellæ Iuſtinia. ad Cod. In libri ſexti nam-*

que libris quinque, ſuppleti ſunt defectus à Bonifacio ſeptimo caſuum emergentium in libris Gregorianis non comprehenſorum. Obiecta Iuris Canonici ſunt tria, Perſonæ, Res, Actiones & Iudicia. De quibus breuiter ordine videbimus.

PARS I.

De primo obiecto Iuris.

CONCLVSIO I.

SVMMA perſonarum diuiſio de Iure Canonico hæc eſt: quod aut ſunt clerici, aut Laici, aut Regulares *c. duo ſunt* 12. *quæſt.* 1. *iunct. tit. de regularibus.*

2 Laici à Græco verbo λαὸς, quod Latinè populum ſignificat, denominationem traxerunt: vnde & populares dici poſſunt. Hi nullis Eccleſiaſticis muneribus addicti, vel voto religionis obſtricti: libere negotiis ſecularibus vacant *d. c. duo ſunt.*

3 Clerici dicti à Græco verbo κλῆρος, quod latinis ſors vel hereditas eſt: quia in ſui ordinatione, vel aſſumũtur in hereditatem Domini, vel aſſequuntur hereditatem in ipſo *c. cum ſecundum* 16 *Ext. de præbend.* Vnde & merito conuenit, eos abſtinere à negotiis ſecularib. *tot. tit. Decretal. Ne cler. vel Monachi & tot. tit. de vita & honeſt.*

neſt.cler. Clerici itaq; dicũtur, qui Eccleſiaſticis miniſteriis obeundis mancipati vel deſtinati ſunt *d.c.duo & c. clericus.ead.q.*1.

3 Regulares ſunt monachi, moniales, aliiq; certę religioni adſcripti: dicti à regula ſpeciali, quam profitentur *d.tit.de regularib.*

4 Cęterum inter Eccleſiaſticas perſonas (quarum appellationem latius extendi quam clericorum, bene notat Petr. Greg. *lib.2. partit.iur. Canon.tit.9.c.*1.) principem & primum locũ obtinet Pontifex Roman. *l.4.C.de ſumm.Trinit.& fide Cathol. Nou.9.in pr. Nou.131. c.in nomine 23. diſtinct.c.omnes 21.diſt.22.*

5 Dicitur quoq; Papa. Et eſt Pontifex ſiue Papa primus in ordine, nõ poteſtate. Quia in Eccleſiis, inquit Auguſtinus, datur primatus ordinis, nõ poteſtatis. Et diſtinctio ordinũ & graduũ, cõſeruat Eccle. vnitatẽ, dicente Gratiano.

6 Poſt pontificem ſequuntur ſecundo loco Cardinales: vt qui nõ ſolum pars corporis, ſed etiam membra capitis dicuntur: Cum cæteri prælati vocentur mẽbra corporis eius: Et ſunt coadiutores pontificis in executione ſacerdotalis officii *c.per venerab.§.rationi. Qui filii ſint leg.* Et hinc Cardinales dictos volunt, quod inſeruiãt ſedi Apoſtolicæ, quæ axis & veluti cardo aliarum Eccleſiarum eſt, *c.ſacroſ.22.diſt.gloſ.in c. execrabil.de præb.in extrauag. Can. in verb. Cardin.* vel vt quidã volunt quaſi ſacerdotes præcipui

& principales ſint *cap. 2. de offic. archipresb. & ibi gloſ.* à cardine, quẽ vocamus negotii ſummam & principalem quæſtionem. Alcia. *lib. 1. præter.* Schenck. *concl. 39 Ego d. lib. 3. p. 1. cap. 5.*

7 Patriarchæ ponũtur tertio loco Lancellottus *in tẽplo omn. iudic. lib. 2. c. 3. in pr.* Dicitur Patriarcha ἀπὸ τῦ ἀρχὸς τῶν πατρῶν, quaſi ſummus patrum *c. cleros diſt. 21. c. vrbes cũ ſeq. diſt. 80.* Eſt nãque Patriarcha in ſublimiori ſede primus, qui ſub ſe habet ſuos Archiepiſcopos hi rurſus ſub ſe habent Metropolitanos: & hi viciſſim ſuos Epiſcopos de quo *d. lib. 1. p. 1. cap. 6.*

8 Epiſcopi aũt olim apud Athenienſes & Romanos rerũ prouincialium erãt moderatores, qualẽ Cicero ſe fuiſſe totius orę maritimæ ſcribit *lib. 7. Epiſt. ad Atticum.* Sic ab Arcadio ICto Epiſcopi vocantur, qui pani & ceteris reb. venalibus, quæ ciuitatũ populis quotidianũ victum in vſui iungunt, præerant vt ſingula venirẽt iuſta æſtimatione *l. munerũ § item Epiſc. ff. de munerib. & honorib.* At inter nos Chriſtianos, Epiſcopi dicti ſunt, tanq̃ obſeruatores & Superintendentes ſiue ſpeculatores gregis ſibi in diœceſibus commiſſi, ab ἐπὶ & σκοπέω, quod eſt, ſuperintendo ſiue ſpeculor. *d. c. cleros.*

9 Electio Epiſcopi hodie in Eccleſia cathedrali ad capitulũ cuiuslibet diœceſis translata eſt: cum alias iure canonum tam à ſacerdotibus, q̃ Laicis eligatur *c. ſacror. diſt 36. c. querelam. de elect. Nou. 123.* Definitur electio q̃ ſit alicuius perſo-

næ ad prælationẽ canonice facta vocatio Decius *in Rubr. de elect. n.* 1. Dixi *Canonice*, Debet n. electio fieri non qualicunq; modo, ſed canonice, h. e. ſeruata forma ab Innocentio III. in concilio generali Lateranẽſi edita; de qua, *in c. quia propt.* 2. *c.* 2. *Ext. de elect.* Vbi triplex eligendi modus præſcribitur: vnus per ſcrutinium: alter per cõpromiſsũ: tertius per inſpirationẽ: Quod late explicatũ eſt à me *d. lib.* 1. *c.* 9. Hodie in electione Epiſcopi ſufficit, eſſe communem conſenſum Capitularium eligentium: hoc eſt, vt maior pars conſentiat,

10 In ſubſidium electionis introducta eſt poſtulatio, vt ſcilicet ea perſona quæ ad munus Epiſcopi aliquo defectu inidonea eſt, ſaltem poſtulationis ſubſidio iuuetur: quippe quod per eam à ſuperiore petitur gratia impedimẽti canonici remittendi, quod eligendo obſtat *c.* 3. *c. pen extra de poſtulat. prælat. d. lib.* 1. *c.* 20.

11 Epiſcopi electi poteſtas ante confirmationem fere nulla eſt: Vnde clericus ad Epiſcopatum electus, ſed nondum confirmatus, neque beneficia conferre, neq; alia, quæ muneris ſui ſunt adminiſtrare poteſt *ca. noſtri ca. vobis & cap. quod ſicut* §. *ſuper. Ext. de confirmat elect.* Omnino itaque opus habet electus Epiſcopus, vt prius confirmetur à ſuperiori, puta Archiepiſcopo vel pontifice Romano, *cap. nihil* 44. *Ext. de elect. c. cum dilectus* 32. *eod. d. lib.* 1. *cap.* 11.

12 Electo Epiſcopo & confirmato, reſtat adhuc conſecratio. Nam Epiſcopus non diciturr niſi conſecratus ſit, *cap.licet.de transl. Epiſc.* Pe. conſecrationem n. Epiſcopi, confertur ordo. Adeoq; conſecratione rite peracta, poteſt expedire etiam quæ ſunt ordinis; cum poſt cõfirmationem, ante cõſecrationem duntaxat exercere poſſit ea, quæ ſunt Iuriſdictionis *c.tranſmiſſa*, & ibi gloſſ.final.*cap.quod ſicut §.præterea.d elect.* Et quia conſecratio confert ordinem: exinde dicitur ordinatio Oldrad. *conſ.34.d. libr 1.cap.12.*

13 Epiſcopus ita ordinatus ſiue conſecratus, alligatus eſt Eccleſiæ ſuæ ſpirituali coniugio *c. 2.& 3.de transl.Epiſc.* Inter Epiſcopum enim & clericum, ordinatione & inſtitutione contrahitur matrimonium ſpirituale *ca. cum inter Canon.de elect.* Quocirca vt coniuges, ita & Epiſcopus & clericus, non niſi ex certis cauſis in iure expreſſis ab officio remoueri debent *d lib.1.capit.12.*

14 Habet autem Epiſcopus rite electus, & cõſecratus omnimodã poteſtatẽ iuris Epiſcopalis in ſua diœceſi. Neq; Epiſc. eſt ſimplex adminiſtrator in ſua diœceſi, ſed dominus. Ille nãque habet diœceſin & in ea perſonas & res ſibi ſubditas, in quas poteſtatẽ ſiue iꝰ Epiſcopale exercet. Hinc diœceſis quæq; dicitur, vbi eſt Epiſcopus *c.cum pro vtilit.16 q.1.* Adeoq; Epiſc. quo

que

que competit ius territorii in ſua diœceſi, hoc eſt, non ſolum imperium & iuriſdictio, ſed etiam ſuperioritas, & iura regalia, quæ territoriis, vti accidentia inſeparabilia, inſunt; De quibus latiſſime dixi *d. lib.* 1. *cap.* 14. ſub Rubrica *de dignitate, iuribus & iuriſdictione Epiſcopi.* Illud tamen hic addo breuiter:

15. Omnia fere quæ ad ius Epiſcopale ſpectant, in tria principalia membra contrahi, in ea quæ ſunt ordinis, in ea quæ ſunt iuriſdictionis, & ea quæ ſunt legis diœceſanæ, quæ *d. cap.* 14. ſatis ſuperque ſunt explicata. Vbi etiam traditum eſt, iura illa Epiſcopalia, quæ aliis ordinariis Epiſcopis competunt, hodie etiam ad ſtatus imperii ex decreto Paſſauienſi pertinere: eaque tum per Conſiſtoria Eccleſiaſtica, tum per Superintendentes reſpectiue exercere.

16. Poſt Epiſcopos ſequuntur alii clerici; quorum ordines numerantur ab infimo ad ſummum, Oſtiarius, Pſalmiſta, Lector, Exorciſta, Acoluthus, Diaconus, Presbyter, Epiſcopus, *c. cleros* 21. *diſt.* Et quidem Epiſcopo debet Presbyter; Presbytero, Diaconus, Diacono, Subdiaconus; Subdiacono, Acoluthus; Acolutho, Exorciſta; Exorciſtæ, Lector; Lectori, Oſtiarius *Can. vt à Subdiacono* 93. *diſt.* Hæc omnia fere clericorum genera ordine inuerſo, hoc eſt, à ſummo ad infimum, numerantur *in l.*

6.C.de Epiſc.& cler. quæ etiam certis gradibus diſtingui conſtat *l.presbyteri 2.l.omnes 33.in pr. & §.pen.l.ſacroſancta 34.c.d.tit & d.c.cleros.*

17. Vnde illa pontificia eſt clericorum diuiſio maxime vſu recepta, qua clerici ad duo ordinũ genera referuntur, alii enim dicuntur eſſe in maioribus ordinib⁹, alii in minoribus. Qui in maioribus ordinibus ſunt, partim ſunt in ſacerdotio conſtituti, vt Epiſcopi & presbyteri, partim in ſacris, vt Diaconi & Subdiaconi. Presbyteri dicuntur ſeniores, ideo q̃ prudentia atq; grauitate cæteris ſint venerabiliores. Hoc enim nomen non tã ad ætatẽ, q̃ ad dignitatẽ referendum eſt, *d.can.cleros 21.diſt.* Iſid. *lib. 7.etym.tit.de clericis.* Sic domini feudorũ honoris gratia, Seniores appellantur *in c.vnic. Quib. mod feud.amitt.* Presbyterorum princeps eſt Archipresbyter. Eiuſmodi archipresbyteri in duplici ſunt differentia, alii enim ſunt vrbani, alii exteri ſiue rurales, de quibus Ioachim. Steph. *lib.4.de iuriſdict. Eccleſiaſt. capitul.5.num.103.& ſeqq.*

18. Diaconi ſunt miniſtri ſacrarum functionum, quæ in templo geruntur. Διακονὸς enim Græce, Latine miniſtrum ſonat: & διακονεῖν eſt miniſtrare. Cum autem ſeptem Diaconi, eligi ſolerent *can. Diaconi 93.diſt.* placuit vnum ex iis eligi, qui cæteris & Subdiaconis præeſſet: Hic vocatus eſt Archidiaconus *can. cleros 21.*

diſt.

diſt: Duar. *lib.* 1. *de benef. capit.* 12. Subdiaconi ſunt, qui Diaconis adiuncti ſunt, vt eos iuuarent *d.cap.cleros.* Iſidor. *d.lib.* 7. Subdiaconatum quoque inter ſacros ordines numerari, ſtatuitur *in c.multis* 9. *ext. de at. & qualit.*

19. In minoribus ordinibus ſunt Acoluthi, Exorciſtæ, Lectores Oſtiarii. Acoluthi vocãtur in toto iure pontificio, quaſi non prohibiti: Quoniam ipſi quidẽ ſacra miniſteria non peragebant, cum cæteris tamen non excludebantur, quia miniſteria quædã præbebant. Verum ab aliis auctoribus vt & à Iuſtiniano *Nou.* 59. vocantur Acoluthi, à verbo *ἀκολυθεῖν*, quod ſignificat ſequi ſiue comitari, Latine appellantur Ceroferarii, à ferendis cereis: Comitabantur enim Acoluthi funus, cereos deferẽtes, vti ex allegata *Nou.* 59. conſtat. Et ſic Iſidorus *d.lib.* 7. Acoluthos appellat ceroferarios fac. *d.c.cleros* §. *Acoluthi.*

20. Exorciſtæ dicebantur, qui à cacodæmone vexatis, imponebant manus, & ſolennibus quibuſdam imprecationibus & obteſtationibus dæmones fugabant. Exorciſatio eſt adiuratio *c.exorciſta* 23. *diſting.* 6. *perlectis* §. *ad exorciſtam.diſt.* 25. Sed horum officium ceſſaſſe aut ceſſaſſe debere, ex quo miracula fieri deſierũt, monet Beza *in confeſſione fidei, capite quinto articulo* 25. Hoc autem verbo, & hoc officio impoſtores abuſos eſſe conſtat ex Vlpiani

piani verbis *in l.prima §.medicos,ff.de extraord.co gnit.* vbi male Politianus legit *in poſterum* pro impoſtorum.

21. Lectores: à legendo dicti, ſunt, qui in Eccleſia ſacras ſcripturas legunt *c.perlectis §.ad lectorem 25.diſt.* Inter clericos quoque numerantur, Pſalmiſta *in c.1. diſt.21.* qui & cantor dicitur. At cum hic abſque licentia Epiſcopi ſola iuſſione presbyteri, poſſit ſuſcipere officium cantandi *c.Pſalmiſta 23.diſt.* referri poterit ad quemuis clericum Pſallendi munere fungentem Caniſ. *libro primo ſummæ iuris Canonici tit.5.in not.lit.a.*

22. Oſtiarii ſunt, ad quos pertinent claues Eccleſiæ ſiue templi, quod aperire & claudere debent, & omnia quæ intus extrave cuſtodire, fideles admittere, at eos repellere & excludere quibus ſacra communione interdictum eſt *d.c.perlectis 25.diſt.§.ad oſtiarium.* Græce πυλωροί, dicuntur à πύλη, quod portam ſignificat.

23. Hiſce connumeratis adiiciunt Imperatores Copiatos ſiue Decanos *l.1.Cod.de luſtrali coll.l.qui ſub prætextu C.de SS.Eccleſiis.* & parabolanos *l.placet l.parabolanos C. de Epiſcop. & cler.* Vbi Imperator tradit, Parabolanos eſſe illos qui ad curanda debilium corpora deputantur. At Decani erant, qui efferendorum & humandorum mortuorum curam gerebant, vti indicat *Nouell.59.* vbi Iuſtinianus Decanos appellat.

pellat. κοπιάτας, à labore ſcilicet funerario, κόπος quippe laborem ſignificat. Sed hi minus proprie dicuntur clerici *l. ſi qua per calumniam* 22. §. 1. *C. de Epiſc. & cler.* Ioachimus Stephanus *lib.* 4. *de iuriſd. Eccleſ. cap.* 6. *num.* 42. & *cap.* 7. *num.* 2. vbi etiam Acoluthos proprie clericos non eſſe notat, & quidem Acoluthos appellatione iuuenum *in l. vt Eccleſiarum* 10. *C. Theodoſ. de Epiſc. & cler.* ſignificari putat Cuiacius ad N. v. 3.

24. Præterea clericorum in Eccleſia alii habent dignitatem, alii vero perſonatum. Dignitatis nomen, etſi varie ſumatur Pacian, *lib.* 2. *de probat. cap.* 27. *num.* 2. & *ſeqq.* illa tamen dignitas quæ Eccleſiaſtica vocatur, tribus modis dignoſcitur. Primo namque beneficium dicitur habere dignitatem, ſi quis adminiſtrat res Eccleſiaſticas cum iuriſdictione & mero mixtoque imperio, *c. volumus & ſeq. diſt.* 89.

25. Deinde alia eſt dignitas honoraria *l. fin.* & ibi gloſſ. *in verb. honoraria C. de dignit. l. fin. c. vt dignit. ordo ſeru. lib.* 12. quæ eſt ratione ſeſſionis ante alios, tam in choro quam in capitulo, licet nō habeat quis iuriſdictionem Archidiac. *in c.* 1. *num.* 2. *de conſuetud. in* 6. modo beneficiū habeat nomen dignitatis iure communi introductum, *c. dudum el* 1. *prope fin. Ext. de elect.* Denique in Eccleſia ea dicitur eſſe dignitas, quæ vel conſtitutione expreſſa vel à conſue-

tudine

tudine Eccleſiæ pro dignitate habetur Imola *in c.de multa in fin.ext.de præbend.*

26. Perſonatus itaque regulariter non cõprehendetur appellatione dignitatis vt tradit Gemin.*in cap.*1.*num.8.verſ.ex his deciditur.de conſuet.*Pacian.*d.cap.27.num.*22. Adeoque ille dicitur perſonatum habere, qui eſt inferior illis, qui habent dignitatem, & qui duntaxat perſonatum, hoc eſt, munus perſonale in Eccleſia gerunt.

27. Dignitatem, hoc eſt, iuriſdictionem & imperium etiam merum habent præter Epiſcopum, alii maiorum ordinum Eccleſiarum clerici, vt Archidiaconi ſeu præpoſiti, Decani ſeu Archipresbyteri, primicerii & cantores, Scholaſticus ſeu Cancellarius, ſacriſta & alii *c.de foro compet.c.quia nonnulli de cleric.non reſid.* Quæ dignitas perſonarum locum duntaxat habet in Eccleſiis cathedralibus vel collegiatis Ioachim.Stephan.*lib.*1.*inſtit.iur.canon. cap.*8.*nu.*5. *&* 6. vti perſonatus in parochialibus.

28. Habent autem perſonatum clerici, hoc eſt, gerunt munus perſonale in Eccleſia docendo & curando animas diœceſanorum eiſque impertiendo ſacra ad ſalutem neceſſaria, Ioachimus Stephanus *d.cap.*8.*num.*6. *&* 2.*ſeqq.* Qui vero clerici habent iuriſdictionem; & merum mixtumque imperium, adeoque dignita-

gnita-

gnitatem,illi dicuntur prælati. Epiſcopus autem non cenſetur habere dignitatem, cum ille ſit apex dignitatis. *Dd. in cap.* 3. *de præbend.* Et quod prælatus proprie dicatur is qui habet iuriſdictionem,dicit Abbas *in c. tria nos num.*2. *ext.de cler.ægrot.*& latius *in c.*2.*num.*56.*ext. de iudic,*& ibi Felin. *num.*9.

29. A dignitate & perſonatu diuerſum quid eſt officium, vt conſtat ex *c. quia ſæpe & c. fin. de præbend. in* 6. Archidiaconus *in capit.* 3.*numer.*3.*verſic.ſed quod de conſuetud. in* 6. Vnde eſt quod dignitas dicitur eſſe ſupra perſonatum,& perſonatus ſupra officium Pacianus *d.cap.*27.*num.*28.*& ſeq.* Petrus Gregorius *lib.* 1.*partit. iur. canon. tit.*27. *cap.*2. *num.* 6. *& lib.* 17. *Syntagm. iur. vniuerſ. capit.* 3. *numer.*16. *&* 17.

30. Denique clericorum alii dicuntur ſeculares alii regulares:ſeculares dicuntur, qui nulla certa regula ſpeciali conſtricti ſunt: cuiuſmodi ſunt plerique illi,qui hodie appellantur canonici, & qui iſtis ſunt ſuperiores. Regulares,qui etiam dicuntur religioſi, item religionis habitum vel votum aſſumere *capitul.*1.*in fin. de feud. femin. capitul.* 1. §. *qui clericus. ſi de feud. defunct.* ſunt illi, qui ſpeciali alicui regulæ viuendi, præter communem aliorum Chriſtianorum morem, adſcri-

adſcripti ſunt, adeoque ſub certa & probata regula, ad tria vota, paupertatis, ſcilicet, caſtitatis, & obedientiæ, ſe obſtrinxerunt *cap. final. extr. de relig. domib. iunct. capit. vnic. eod. tit. in 6. cap. cum ad monaſterium 6. ext. de ſtatu monach.* cuiuſmodi apud pōtificios eſt regula diui Franciſci, D. Dominici: & eiuſmodi aliæ.

31. Atque hi regulares, iterum ſunt *vel Monachi*, tam fœminæ quam mares, qui arctiſſimis ſuis deuinciuntur regulis in quas iurarūt, *vel regulares in ſpecie*, qui quoad cætera; votis exceptis, ſunt regulæ cuiuſdam laxioris *capit. quod Dei timorem, de ſtatu monach.* Atque in hoc numero ſunt illi qui dicuntur eſſe ordinis Ioannitarum, ordinis Teutonici, & ſimiles weltliche Stifften/die ſeyen gleich auff Manns oder Weibsperſonen geſtifftet.

32. Monachi autem & moniales à ſolitudine clauſtri, cui ſe addixerunt, nomen ſortiti ſunt *cap. 1. ca. placuit 16. quæſt. 1.* Monachus enim dicitur ἀπὸ τοῦ μονάζειν, quod eſt in ſolitudine viuere: vnde & Monachus dicitur ſolitarius, ſiue ſingularis *d. cap. 1.* non quod ſeparatim extra aliorum fratrum conſortium viuat Monachus, id enim Monacho à Canonibus interdictum eſt *cap. 2. extr. de ſtat. Monach. cap. penult. & vlt. extr. de capell. Monach. cap. 1. § ad hæc de ſtat. Monach in clement.* Sed quod ſemotus à vita & moribus Secularium, ſoli Deo quaſi mundo mor-

mortuus, vacare debeat *cap. qui vere iunct. cap. placuit 16. q. 1.*

33. Sed haud dubie obiiciet quis: male numerari monachos inter clericos, cum Monachus non ſit clericus *l. generaliter Cod. de Epiſ. & cle.* Imo monachus opponatur clerico *in l. ſi quis presbyter Cod. eod. & l. addictos C. de Epiſc. aud.* Et ſic conſtat Iuſtinianum diſtincte agere de Monachis & clericis *in Nouell. 5. & 6.* Et quidem id licet ita ſit, dubium tamen non eſt, Monachos generali clericorum appellatione contineri, & oppoſitionem illam eſſe magis ſpecierum inter ſe, quam ſpeciei & generis, præſertim cum non ratio ſit in iure etiam ciuili, vt ob penuriam vocabulorum ſpecies altera nomine generis inſigniatur Vult. *libro primo feud. cap. 19. num. 67.*

34. Et tantum de perſonis Eccleſiaſticis. Vbi hoc addendum eſt. In genere ſic decere omnino clericos vitam moreſque ſuos omnes componere, vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone aliiſq; omnibus rebus, nil niſi graue, moderatum, ac religione plenum præ ſe ferant, vt eorum actiones cunctis adferant venerationem. Huc ſpectat illud Innocentii II. in Concilio Lateranenſi, *Præcipimus*, inquit. *vt tam Epiſcopi, quam clerici in ſtatu mentis, in habitu corporis, Deo & hominibus placere ſtudeant. Quod ſi moniti ab Epiſcopis ſe emendare noluerint, Eccleſiaſticis careant*

beneficiis text.*in cap.fin.*21.*quæſt.*4. *c.penult.ext.de vita & honeſt.cler.c.*2.*eo in* 6.*c.*4. *& ſeqq. ext.eod.*

35.Sane clericis & aliis Eccleſiaſticis perſonis venatio eſt licita,modo non ſit clamoſa,& fiat cum ſilentio & modeſtia gloſſ. *in cap.* 1. *de cleric.venat.* Et ſic videmus, Principes Eccleſiaſticos,& eos prælatos,maxime qui ſunt ſtatus Romani Imperii, & habent Secularem iuriſdictionem,nonnumquam intra proprios ſui territorii ſaltus venari. Videndum tamen eſt eiuſmodi perſonis,ne fines neceſſitatis,recreationis & modeſtiæ, cum magno ſalutis ſuæ detrimento, & ſubditorum ſcandalo præterſiliant: & præſertim ne eo tempore venentur, quo prædicationis & viſitationis munera obire debent: quo caſu illicitus illis redditur venationis vſus *c. cum Apoſtolus.* §. *Archidiaconi de cenſib.* Et ita intelligendum eſt, *c.* 1. *Ne cler.vel Monach.*& reliqua iura,quibus probatur,illicitam eſſe clericis venationem.

36. Cæterum Monachis indiſtincte venationes & aucupationes prohibitæ ſunt, niſi in caſu *clementinæ Ne in agro.*§.*porro de ſtat.Monach.* vt & neceſſitatis; quæ legem non habet *c.ſicut. de conſecrat.diſt.*1.Hoſt.*in tit.de cler.venat.*De pœnis, quibus perſonæ Eccleſiaſticæ venantes coercentur, traditur *in c.*1. *de cler.venat.* Menoch.*de arbitr.iud. quæſtionib, lib.* 2. *cent.*5.*caſu* 413.*num.*18.

37.Piſca-

37. Piſcatio Eccleſiaſticis perſonis indiſtincte permiſſa eſt, tanquam ius magis licitum, & ſpectaculum minus cruentum *c.1. & 2. de cler. venat. cap.1. & 2. Ne cler. vel Monach. c.1. & 2. diſtinct.23.* Et abundat piſcatio exemplis ſanctorum, & quandam ſignificationem habet ad prædicationem Euangelicam *Luc. & Ioann. cap. vltim. & Luc. 5. Matth.17.*

Pars II.

DE ALTERO OBIECTO IVRIS.

1. SVmma rerum Eccleſiaſticarum diuiſio hæc eſt, quod aut ſunt corporales, aut incorporales *arg.tit.2.lib.2.Inſtit. Imper.* Inter res corporales refertur Eccleſia.

2. Intelligimus autem hic Eccleſiæ nomine ædificium diuino cultui exercendo deputatum *tot.titul,de Eccleſ.ædif.* quod alias vocari ſolet templum *c. de fabrica Eccleſiæ, in Eccleſiis, de conſecrat.diſtinct.*1 Græci vocant templa, κυριακὰ vel κυριακὴν die Kirch/ Latini vocant Dominica: vnde in quibusdā locis templum appellatur Domb.de quo dixi *volum.1.part.1.diſp.* 10. *concl.*3.

Alias quandoque Eccleſia capitur pro conuentu piorum Chriſtianorum congregatorum certa ratione & ordine ſec. Apoſtol. Paul. 1.*Corinth.*14.*in fin.* ad differentiam Agoreæ. Vocarunt autem Græci ἀγοραίαν, cum homines in ciuitatibus & oppidis promiſcue, neglecto ordine in vnum priuati compendii cauſa coibant *d.diſp.*10.*concl.*3. & Ioach. Steph. *lib.*4.*de iuriſd.cap.*1.

4. Ec-

4. Eccleſia autem eſt res ſacra, vnde eſt quod templum vel Eccleſia à quoquam exſtrui non poteſt, niſi authoritate Epiſcopi *c. nemo Eccleſiam de conſecrat. diſtinct.* 1. *c. cum olim* 14. §. *inſuper.* & ibi gloſſ. *ext. de priuileg.* qui eum ad locum veniet, vbi extruenda eſt Eccleſia, & in eo loco crucem figet, atrium publice deſignabit, conſtituta prius dote ab eo qui extruit, pro luminaribus, & miniſtris Eccleſiæ *d cap. nemo c. piæ mentis* 16. *quæſt.* 7. §. 1. *Nouel. vt nullus fabricet oratorium.* 125. Quin etiam Eccleſia ædificata conſecranda eſt per Epiſcopum *c. Eccleſias de conſecrat. diſtinct.* 1.

5. Differunt Eccleſiæ ab oratoriis. Eccleſiæ enim dicuntur proprie Chriſtianorum publicæ ædes. Oratoria vera etiam ſunt Chriſtianorum, ſed priuata loca, certo modo permiſſa 6. *vnicuique. de conſecrat. diſtinct.* 1. in quibus nec campanæ publicę haberi *c. patentibus. de priuileg.* nec Sacramenta adminiſtrari debent *cap. clericos. de conſecrat. diſtinct.* 1. Illis hodie ſimiles ſunt Eccleſiæ filiales, vel capellæ, matrici inſertæ, in quibus orandi, & ſacras conciones audiendi gratia conuenire ſolent Parochiani vicini, non tamen magnorum feſtorum Ioachim. Stephan. *& ſeqq. lib.* 2. *inſtitut. iur. Canon. cap.* 2. *num.* 52 *& ſeqq.* Vbi hoc obiter notandum: vnitam alteri per modum ſubiectionis, appellari *filiam*, & *Eccleſiam*, ſuperiorem

appellari MATREM, gloſſ. *in c.1.in verb.vniendo.ext.ne ſede vac.& in c.& temporis,verbo vnire 16. quæſtion.*1. Cæterum ſæpiſſime fit, quod *filia* exſuperet *matrem*: Vnde dicitur, Filiam deuoraſſe matrem. Eccleſia autem quæ ſub ſe habet alias Eccleſias filiales, dicitur Eccleſia plebanata.

6. In eiuſmodi Eccleſiis & templis rite conſecratis, perpendendę primũ ſunt res mere ſpirituales, vt eſt *verbum Dei*. Itemque Sacramenta. Quæ ideo dicuntur res mere ſpirituales, quod habent exercitium ſpiritus & fidei. Et quidem verbum Dei publice docendum & prædicandum eſt in templis ſiue Eccleſiis, pari ſententia & intellectu, prout illud nobis eſt reuelatum. Verbum Dei enim apud omnes Eccleſias pari religionis cultu in profeſſione publica eſt: at liturgia pro diuerſitate gentium varietatem habuit.

7. Præterea officium prædicandi verbum Dei eſt priuilegiatum *c. quod Dei timorem* 5. *de ſtat. monach.* & munus proprium Epiſcopi *c. cum inter cætera* 11. *de offic. ordin.* Adeoque prædicandi poteſtas nulli competit, præterquam Epiſcopo, & illis, quos ipſe & idoneos ad officium præuio examine, itemque ordinatione & inſtitutione, inſtituit *d. c. quod Dei timorem.* Quia enim Epiſcopi non poſſunt per ſe ſemper vbique in ſua diœceſi prædicandi munus

exercere,aliis probatis demandant, *c. inter cætera.15.de offic.iud ordin.* Stephan. Durant.*lib.2. de ritib. Eccleſ. Rom. cap.* 25. Quilibet autem Euangelicæ veritatis prædicator, ita debet in Eccleſia ſibi concredita laborare, vt pro fine ſibi habeat propoſitam laudem & gloriam Dei,& lucrum animarum *c.reuertimini 16.quæſtion.*1.

8. Sacramenta quod attinet,nomen ſacramenti, quod in literis ſacris non exſtat, denotat ſignum rei Sacræ Auguſt. *cap. 26. de prec. merit. & remiſſ.* Etſi autem Eccleſia antiqua duo tantum genera Sacramentorum, authoritate Sacræ ſcripturæ, habuerit: tamen poſt Synodum Carthaginenſem, vel circiter, ſeptem tradi cœperunt, puta, Baptiſmus, confirmatio, Euchariſtia, pœnitentia, extrema vnctio,matrimonium,& ordo. Ex illis ſeptem Sacramentis, quædam characterem imprimunt, id eſt, ſignum quoddam ſpirituale & indebile: vnde nec iterari poſſunt, abſque ſacrilegio:veluti baptiſmus, confirmatio & ordo. Alia quæ characterem non imprimunt, iterari poſſunt *c.1.2.& 3.ſub.68.diſt.c.etſi illa* 23. *§.breuiter cum 2.ſeqq.1.quæſt.7.*

9. Character eſt quædam ſpiritualis qualitas animæ, quæ ſignificat gratiam gratum facientem,diſponitq; ad eandē, habens aliquā ſimilitudinē cū gratia, quæ eſt ſimilitudo Dei,

vnde omnes configurat Deo, & diſtinguit ab his, qui iam ſunt de grege Domini Angel *in ſumma ad verb.character.*

10. Omnium Sacramentorum primum eſt Baptiſmus, veluti ianua & fundamentũ Chriſtianiſmi *c.veniens de presbyter.non baptiz.miniſtr. c.cum itaque.de conſecrat.diſt.*4. Alterum Sacramentum eſt Euchariſtia, ſeu ſacra communio; quę proprie inter Sacramenta refertur, aut horitate primitiuæ Eccleſiæ. Sacramentum hoc Græcis dicitur εὐχαριστία, dicitur Latinis, bona gratia: quod re ipſa Chriſtum cõtineat, qui eſt plenus gratia *c.multi* 82.*circ.med.*1.*quæſt.*1. Communiſſime Euchariſtia, hoc eſt gratiarum actio, appellari ſolet: quod in hoc myſterio, ſummorum Chriſti ſaluatoris beneficiorum commonefacti, in ſerias & debitas gratitudinis cogitationes votaque accendamur. Latine vocatur Sacra communio, quia corporis & ſanguinis Chriſti communicatio eſt: Inde vtẽtes dicuntur cõmunicantes. Ab hac cõmunione nemo regulariter reiici poteſt *c.nõ prohibeat. de conſecrat.diſtinct.*2.*c.*2 *de offic.iud.ord.* De aliis quinque Sacramentis videatur D. Haſſenreffer *in locis Theologicis lib.*3.*loc.*7.

11. Euchariſtiæ inſeruiunt res quædã corporales Eccleſiæ Sacræ, vt ſunt, Altare, patena, calix, phiala, veſtimenta ſacerdotalia, & ſimilia, quæ p conſecrationem Epiſcopi, vel dedicatio-

cationem vſibus humanis eximũtur. Altare a. inſeruire Euchariſtiæ in reformatis Eccleſiis, conſtat. Sic latine Cœna Domini, vocatur etiam ſacramentum Altaris, non quod ibi offeratur in ſacrificium, ſed quod ad Altare diſtribuatur. Altare dicitur ab altitudine, quaſi alta ara Strabo *de reb. Eccleſ. c.6.*

12 Patena eſt vaſis aperti genus, quod diſpanſis patentibus oris fit *ſec. libr. 20. origin. capit.* 4. Stephan. Durant. *d. lib. 1. capit. 12.* Calicem ab ipſo Chriſto celebrante Paſcha nos accepiſſe notum eſt omnibus. Vt autem ex auro & argento calices itemque patenæ fierent, conſtitutum eſt in concilio Rhemenſi. *c. vaſa de conſe. diſtinct. 1. c. calix. ibid.* Phiala eſt vas, vel poculentum, in quo vinum, vel etiam aqua altari neceſſaria affertur, 3. *Reg.* 7. de veſtibus ſacris & ſacerdotalibus, late tractat Durantus *d. tract. lib. 2. cap. 9. per tot.*

13 Iuxta prædicationem verbi Dei, itemque adminiſtrationem ſacramentorum & maxime Cœnæ Dominicæ, ſolet in Eccleſiis Deo quoque cultus exhiberi qui liturgia vocatur *Actor. 6. Philipp.* 2. Vnde & Doctores & miniſtri Eccleſiæ appellantur λειτουργοὶ. Latinis dicitur officium, quod vnumquemque in ſacris peragere deceat. Id officium tandem celebratio miſſæ appellatum eſt *tot. titul. de celebrat. miſſ.* quod conſiſtit in expediundis ritibus ſo-

lemnibus ſeu ceremoniis in Eccleſia, quæ pro diuerſitate gẽtium & Eccleſiarum varietatem habent *d.vol.3.diſp 3.concluſ.7.*

14 Præterea bonorum & rerum Eccleſiaſticarum quædam dicuntur temporales, quædam ſpirituales: Res temporales Eccleſiaſticæ ſunt, fundi, poſſeſſiones, & prædia tum ruſtica, tum vrbana, & aliæ res in dotem aſſignatæ, & à fidelibus donatæ Eccleſiis, quo ipſo vſibus humanis exceſſerunt, & in commercio hominum eſſe deſierunt Ioachim. Stephan. *lib.4.de iuriſd. capit.15.numer.7.* Eiuſmodi bona, quæ etiam benedicta appellantur, ab Epiſcopis tantum diſpenſantur, & ad neceſſarios clericorum vſus, vel ædificiorum refectionem adminiſtrantur *tota cauſa 12. quæſtion. 1.* quæ ſub pœna ſacrilegii contrectare, & in vſus humanos conuertere prohibitum eſt *capit. prædia 12. quæſtion. 7.*

15 Quod & in tantum obtinet, vt nec priuatis, ius aliquod in ſedibus Eccleſiæ, vtut pecunia ſua coemerit, ſibi vendicare, adeoque nec ea aliter reuendere, niſi authoritate Epiſcopi poſſit: quo caſu tamen eiuſmodi emptio ſedilium toleratur, non iure Canonum, ſed ex gratia *c. abolendæ* & ibi CC. *de ſepult.* Sane hodie res ſeu prædia Eccleſiaſtica iure conſuetudinario & Canonico in feudum dari poſſe, conſtat *c. ad noſtram. de reb. Eccleſ. non alien. c. vnic. de his*

qui

qui feud. dare poſſ. Borch. *de feud. capit.* 16. *numero* 18.

16 Res Eccleſiaſtica etiam eſt Cœmeterium. Dicitur κοιμητήριον locus communis vel deſtinatus ſepulturis: nempe locus quietis ipſius corporis ab actionibus humanis ἀπὸ τοῦ κοιμάω, quod ſignificat dormire facio, vel ſopio Pet. Gregor. *lib.* 2. *Syntagm. cap.* 13. *numer.* 1. Iure quidem ciuili religioſa res dicitur cuiuſque hominis ſepultura: atque religioſum locum facit ſepultura *leg. in tantum* 6. §. *religioſum leg.* 2. §. *ſepulchrum, & ſeqq. de relig. & ſumpt. fun.*

17 At ſecus eſt de iure Canonico, quod ademit ſingulis ius faciendi locum religioſum: Conceſſa ſolum Epiſcopis poteſtate *c. ad hæc. de relig. dom.* Mynſing *in* §. *religioſum Inſtitut. de rer. diuiſ.* Quia & propter benedictionem Põtificis vel Epiſcopi locus non ſolum religioſus, ſed & ſacer quoque fit *c. nemo. de conſecratione diſtin.* 1. Vbi Cœmiterium appellatur atrium Eccleſiæ.

17 Et quidem ſepulturę pio & probato maiorum more apud Eccleſias, & monaſteria excitari ſolent *c.* 3. *Ext. de ſepult. c. non æſtimemus. in fin. c. cum grauia* 13. *q.* 2. Quamuis autem nemo ob Eccleſiaſtica ſepultura prohiberi debet *c. cum in Eccleſ.* 13. *q.* 2. Sunt tamen perſonæ quib⁹ ea plane interdicta eſt: vt ſunt, qui ſibi mortem

tem ex propoſito inferunt *c. placuit* 33. *quæſt.* 5. Excommunicati *c. ſacris* 12. *de ſepult.* & alii, de quibus Petr. *Greg. d. c.* 13. *n.* 10.

19 Omnino etiam à ſacris canonibus interdicitur, ne pro loco ſepulturę, aut exequiis mortuorum aliquid exigatur *d. c. abolendæ.* niſi conſuetudo pia & laudabilis aliud dictauerit *cap. ad Apoſtolicam* 42. *Ext. de Simon. gl. ad d. c. abolendæ.* Duar. *lib* 7. *de beneſi. c.* 6.

20 Sacris Eccleſiaſticis rebus ſimiles ſunt Domus religioſæ, cuiuſmodi ſunt monaſteria & hoſpitalia, quæ ad pium vſum conſtructa, adeoque etiam pietati exercenda ex profeſſo dedicata ſunt, & plerumq; Eccleſiis cohærẽt *tot. tit. Ext. & in* 6. *de relig. domib.*

21 Sunt autem monaſteria illi Epiſcopo ſubiecta, in cuius diœceſi ſunt ſita, ſicut & omnes Eccleſiæ eiuſdem diœceſis *c. quadam & c. ſequen. c. monaſteria* 18. *quæſtion.* 2. *c. qui vere ead. quæſtio.* 1. niſi monaſteria vel Eccleſiæ ſint exemptæ priuilegio, aut præſcriptione quadraginta annorum *c. omnes baſilicæ* 16. *quæſtio.* 7. *cum perſonæ.* 7. *de priuileg. libr.* 6. *c. cum venerabilis* 7 *& c. ſequen. Ext. de relig. dom. c. auditis* 15. *cum olim* 18. *& c. ſeq. Ext. de præſcript.*

22 Hoſpitalia ab hoſpitibus pie excipiendis & tractandis dicuntur: quæ pro hoſpitum varietate, varia quoque ſortiuntur nomina. Alia enim ſunt Xenodochia, quibus peregrini,

alia

alia orphanotrophia, quibus orphani: alia Gerontocomia, quibus ſenes: alia Prophotrophia, quibus egentium iufantes: alia Noſocomia, quibus ægroti excipiuntur: alia denique Prochtrophia in quibus pauperes aluntur *c. in qualibet* 23. *quæſtio.* 8. *l. illud.* 17. *l. ſancimus* 15. *C. de SS. Eccleſ.* Et hæc ſimiliter Epiſcopo loci ſubiecta ſunt *capit.* 3. *&* 4. *Ext.* 2. *de relig. domibus.*

23 Vnde patroni fundatores in illis diſponendi facultatem non habebunt *c. monaſteria* 18. *quæſtion.* 1. niſi exemptio à iure Epiſcopali probetur. Sed Epiſcopo in eiuſmodi religioſis domibus inſpectio & prouiſio competet, vt rite & bona fide res pauperum adminiſtrentur: tenebunturq; Epiſcopo hoſpitalium Rectores rationem reddere, prout Viennēſe Cōcilium *clementin.* 2. *de religioſ. domib*, de eo diſponit. Et hoc in hoſpitalibus religioſis, ſiue ſpiritualibus & Eccleſiaſticis obtinet, ſunt autem & hoſpitalia non religioſa ſiue ſecularia, quæ ſine Epiſcopi authoritate conſtructa, & pauperibus deſtinata ſunt: illa ad patronorum curam pertinent *d. clement.* 2. *& c. irrefragabili de offic. ordin.* non etiam ad Epiſcopum Petrus Gregorius *lib.* 1. *partit. iuris Canonici titul.* 16. Ioach. Stephan. *lib.* 4. *de iuriſd. capit.* 9. *numer.* 19. *& ſeqq.*

24 Fundationes horū religioſorum locorum, ſunt

ſunt eleemoſynæ piorum virorum. Eſt autem Eleemoſyna omne pietatis opus, impenſum proximo ſiue corporale ſiue ſpirituale ſit, opus miſericordiæ. Eleemſoynę duæ ſunt ſpecies; vna cordis, altera pecuniæ, ſecundum Auguſtinum *in c. duæ ſunt Eleemoſynæ* 45. *diſtinct.* Conſtituuntur autem etiam tria genera eleemoſynarum *in c. tria ſunt genera* 45. *diſt.* C. *de quotidianis de pœnitentia diſt.* 3. Vna eleemoſyna eſt corporalis, dare egenti, quidquid poteris: altera ſpiritualis, dimittere à quo læſus fueras & tertia, delinquentes corrigere & errantes in viam veritatis deducere.

25 Non tamen eſt eleemoſyna putanda, quæ eſt ex rebus turpiter quæſitis, *capit. non eſt* 14. *quæſtion.* 5. *in prin. & ſeqq.* Puta ex vſuris *cap. nolite* 14. *quæſtion.* 5. *c. qui in omnibus* 3. *de vſur.* ex rapina *ca. imomlans cap. ſcriptum eſt* 14. *quæſtion.* 5. *cap. ſuper eo* 20. *§. qui autem, d. raptoribus.* Hæc enim dominis reſtituenda ſunt, vel eorum heredibus. Si tamen hi quibus reſtitutio facienda eſt, non ſuperſint, neque eorum heredes, non improbatur, ſi fiat conceſſio eorum pauperibus vel Eccleſiæ *c. nemo qui rapuit* 14. *quæſt.* 5. *cap. cum in manifeſtos vſurarios* 5. *de vſur.* Petr. Gregor. *libr.* 7. *partit. iur. Canon. titul. capitul.* 3.

26 Præter conſecratas & benedictas res Eccleſiarum, ſunt adhuc aliæ, quæ ab Epiſcopis & cle-

& clericis liturgiam exercentibus percipiuntur, vt ſunt oblationes, votum primitiæ, decimæ, præbendæ, & omnia beneficia Eccleſiaſtica. Hæ res cum clericorum perſonis cohærent, vt quas iure ſuo à Laicis petunt, nec conſecrationem, vel benedictionem recipiant, adeoque in iure conſiſtant, recte inter res incorporales referuntur, licet per ſe ſint corporales, vt tangi & percipi queant.

27 Oblatio in genere, eſt rei alicuius non petitæ, ſpontanea largitio *c. tua nos* 34. *de Sim.* Illa fit vel hominibus, vel Deo. Hominib. vel ſecularibus, vel Eccleſiaſticis per modũ auxilii, vel debiti ſpõte præſtiti ante petitionem: vel ad petitionem quidem, ſed ſine coactione. Hinc charitatiuum dictum auxilium ſiue ſubſidium: quod debetur Epiſcopis, ſi manifeſta & rationabilis cauſa exſtiterit, *c. conquerente de offic. iudi. ordinarii c. cum Apoſtol. de cenſib.* Deo fit oblatio, cum ei, vel Eccleſiæ, vel ob eius honorem, vel cultum quippiam promittitur, vel datur ex voto, vel ſine voto, ex præſenti conceſſione *c. tunicam* 12. *q.* 1.

28 Oblationes in ſpecie dicuntur, quæcunque propriis & licitis rebus Eccleſiæ à fidelibus offeruntur *ca. cauſa Carpenſis. de verbor. ſign.* Duaren. *libr.* 7. *de beneſ. capit.* 3. Petr. Gregor.

lib. 7.

lib.3.partit.iur.Canon.tit.23.Dura.li.2.de ritib.Eccleſ.Rom.cap.26.

29 Votum eſt propoſiti promiſſio, Deo, vel aliis ob honorem Dei facta. Eſt autem votum aliud ſolenne, aut ſimplex. Solenne votum eſt, quod ſolemnizatur, ſeu fit per ſuſceptionem ordinum, aut per profeſſionem expreſſam, aut tacitam religionis alicuius approbatæ *c. rurſus. Qui clerici vel vou. c. inſinuante d.tit. c. vnic. de voto.* Simplex votum omne votum eſt, extra prædicta *d. c. vnic. de voto & voti redempt. in 6.* Votum fit de bono & de malo. At in malis vota ſunt reſcindenda *c. in malis. 22. quæſtio. 4.* quale votum eorum, qui deuouerant ſe ex Iudæis, non ſe manducaturos, donec occidiſſent Paulum *Act. 23. verſ. 12.* Bonum votum eſt, quale vouemus in baptiſmo, renunciantes diabolo *cap. ſunt quædam 17. quæſtion. 1. capit. 1. de conſecrat. diſtinct. 4.*

30. In ſpecie vouentur res *c. ex parte 18. de cenſib.* Vel perſonæ *l. ſeruus 35. de lib. cauſ. 1. Reg. 1. c. cum ſimus de regularibus.* Vel actus perſonales, inter hos poſſumus connumerare votum caſtitatis, paupertatis & obedientiæ *c. veniens 5. Qui clerici vel vou.* Cæterum perficitur votum tribus veluti gradibus *gloſ. in c. neque viduas 3. in verb. propoſito 27. q. 1.*

31 Primo, deliberatione, nam ab initio, cum quis diſponit aliquid agere ad honorem Dei,

dicitur

dicitur deliberatio, vt *in c. qui bona* 17.*q*.1. Deinde propoſito: quando vouens perſeuerat, & proponit firmiter ſe facturum *cap*. 2.17.*q*.1. *c. nos nouimus* 17.*q*.2. Denique ipſo actu, quando nimirum accedit obligatio, & tunc dicitur votum *c. non eſt de voto*. Pet. Greg. *lib*. 3.*partit. iur. Canon. tit*. 2.

32 Primitiæ Eccleſiaſticæ ſunt partes ex rebus quæ primum natæ vel collectæ ſunt, Deo offerendæ, antequam vſibus noſtris deputentur Pet. Greg. *lib*. 2. *Syntagma. ca*. 10. dictæ à primo: vt primogenitus is, quem nemo alius etiam ſequitur *c. Ioſeph. de verb. ſign*. Petr. Greg. *lib*. 1. *partit. iur. Canon. tit*. 24. *cap*. 1. Non tantum autem præſtantur primitiæ de frugibus *c*. 7. *de decimis*. Sed & de hominibus quoque, & animalibus primogenitis iure Moſaico *Exod*. 13. *&* 25.

33 Vt primitiarum, ita & decimarum ius antiquiſſimum eſt, vt quod originem ſuam habuit ante legem ſcriptam, quando nimirum duntaxat & ſolum vigebat lex naturalis *Geneſ*. 14.*v*.20.*c*.28.*v. vlt*. ab ipſo Deo inſtitutum *Exo*. 22.*verſicul*. 29. *Leuit*. 14. à multis gentibus receptum *Couarr*. 1. *var. reſolut. capit*. 17. *numer*. 2. & deinde multis Pontificum decretis Canonum ſanctionibus munitum *c. decima*, 16. *quæſt*. 1. *c. omnes decimæ* 16. *quæſt*. 7. *& tot. tit. de decimis*. Sunt autem decimæ, quota pars omnium bonorum

legitime quæſitorum, Deo debita & tributum animarum egentium Pet. Gregor. *lib.1. part. iur. Can. tit. 25. cap. 2. lit. O in Scholiis.*

34 Illarum duplex genus eſt: aliæ enim perſonales ſunt, aliæ prędiales, perſonales decimę ſunt, quæ ſoluuntur ratione perſonæ, puta ex lucro negotiationis, venationis, militiæ, vel alterius muneris ſiue artificij, *Deut. 12. c. ex tranſm. de decimis.* Prædiales ſunt, quæ ex fructibus prędiorum debentur, vt ex vino, frumento, & aliis frugibus *ca. 1. c. ad Apoſtolicæ c. peruenit de decimis c. fin. de paroch. c. decimæ 16. q. 1.* Venator *lib. 3. anal. iur. pontif. tit. 30.* Perſonales decimæ illi Eccleſię ſoluuntur, in qua quis Sacraměta Eccleſiaſtica percipit licet alicubi lucrum obtigerit. *d. c. ad Apoſtolicæ* Petr. Greg. *lib. 2. Synt. c. 20. & ſeqq. & lib. 1 par. iur. Can. tit. 27 per tot.* Illud vltimo notandum eſt, decimas differre à iure decimarum. Decimæ namque præſcribi poſſunt: at iuri decimarum non præſcribitur *Rota deciſ. 26. in nouis.*

35 Præbenda nihil aliud eſt, quam beneficium Eccleſiaſticum *c. ſi quis dator. ex multis §. Conſtit. 1 q. 3.* vel eſt ius percipiendi prouentus Eccleſiaſticos ratione miniſterii Eccleſiaſtici. Cum enim is, qui altari ſeruit, de altari etiam viuere debeat, vti lex diuina præcipit, dignum eſt, vt qui diuinis adſcribuntur obſequiis, Eccleſiæ ſuſtententur ſtipendiis *d. c. ſi quis dator. & d. c. ex multis.*

36 Præ-

36 Præbendarum ſiue beneficiorum Eccleſiaſticorum, quædam curata ſunt, quædā non curata *c.cum ſingula de præbend. in 6.c.de multa eod. tit.*apud Greg. *c.cum ſatis de offic. Archidiac.* Curata dicuntur, quæ habent animarum curam ſibi adnexam. Cura autem animarum dicitur adhærere beneficio dupliciter: vel quia beneficiatus tenetur certis perſonis, nempe parochiæ ſuæ, ſacramēta Eccleſiaſtica adminiſtrare, & rite verbum Dei denunciare. *c.2.§.verum de ſepult. in clem.c. 2. de parochis*, vel quia exercet ea, quæ ſunt iuriſdictionis ſpiritualis, puta, viſitare, inquirere, ſuſpendere, excommunicare, abſoluere *c.execrabil.§.fi.de præd.in Extr. Comm.* Non curata beneficia, vel ſine cura dicuntur ea, quib. illa nō adhærent, ſimplicia dicta, horis Canonicis dicendis tantum obnoxia *c.fin. de præbend. apud Gregor.*

37 Rurſus beneficia alia ſunt regularia, alia ſecularia. Regularia ſunt, quæ per perſonas regulares ſolita ſunt regi & teneri, & quæ nō niſi regulam aliquam ordinis profeſſis conferuntur in titulum. Secularia, quæ per clericos ſeculares ſolita ſunt teneri, & quæ non niſi ſecularibus conferri debent. Hinc axioma illud: Regularia beneficia, regularibus, ſecularia ſecularibus eſſe conferenda *d. cum de beneficio, de præbend. in 6 cum ſingula eod. in 6. Clement. 1. de Elect.§.volumus.de collat.in concord.*

48 Tandem illud hoc loco repetendum eſt, res Eccleſiæ acquiri titulo vniuerſali ex Teſtamentis, vel ab inteſtato. Quod ad teſtamenta attinet, conſtat, conſtitutiones Imperatorum heredis inſtitutionem Chriſti approbaſſe *l.vlt. C.de SS. Eccl.* Sic & Eccleſia inſtituitur heres & quidē ea Eccleſia nomine Chriſti habetur inſtituta, in qua teſtator vixit. Quin & illud receptum eſt, vt ſi quid relictum fuerit Eccleſiæ, ſiue ad pias cauſas, duobus, aut tribus tantum teſtibus legitime requiſitis, iure communi ſuſtineatur *c.relatum* 11.*Ext.de teſtam.*

49 Cum vero Eccleſia ſit cultrix & auctrix iuſtitiæ quæ non patitur contra iuſtitiam aliquid in ſe vel alterū fieri: Eccleſiæ relictas morientiū hereditates ex teſtamento ſibi relictas non recipit, ſi omnino filii non inſtituantur *c.ſi quis iraſcitur* 13.*quæſt*.2. Quare ſi hoc contingat, filiis vel partem vel totā hereditatem reſtituit. *c fin.*17.*q*.4. Si tamen legitima pars relicta ſit filiis, totum reliquum relinqui poteſt Eccleſiis *c.ſunt qui opes* 17.*q*.2.

50 Eodem modo vti Eccleſia heres inſtitui poteſt, titulo vniuerſali in vniuersū ius defuncti: Ita & eidem legari poteſt iure ſingulari, vel pure vel ſub conditione. Ius pontificiū tamen rei alienæ legatum reſpuit *c.filius noſter de teſtam.* ideoq; tale legatū reſtitui debet *d.c.filius*. licet autem clerici de his quæ paternæ ſucceſſionis

vel cognitionis intuitu, aut ex artificio ſunt adepti, ſeu dono conſanguineorum aut amicorum, non habito reſpectu ad Eccleſiam, ad ipſos peruenerunt, libere diſponere valeant, de his tamen, quæ cõſideratione Eccleſiæ perceperunt, nullum de illis poſſunt omnino iure facere teſtamentum *c. quia nos Ext. de teſtam. c. relatum* 12. *circ. fin. Ext. eod.* Neidec. *obſ.* 2.

51 De religioſis dubium non eſt, quin teſtari non poſſint. *c.* 2. *Ext. de teſtam.* cum neque liberam voluntatem *c.* 2. *de teſtam.* neque bona propria habeant *c. cum ad monaſterium Extr. de ſtat. Monach. Auth. ingreſſ. c. de SS. Eccleſ.*

52 Cæterum clerico ab inteſtato ſuccedunt liberi, ex matrimonio legitime nati, deinde conſanguinei: & his deficientibus, Eccleſia ſiue altare, cui inſeruiuit. *cap. ſin.* 12. *q.* 5. *c.* 1. & ibi Dd. *Extr. de ſucceſſ. abinteſt.* §. *ſi quis autem Nouell. de Eccleſ.* Idque in bonis propriis ipſius clerici. Quæ n. reſpectu Eccleſiæ ad eum peruenerunt, non deferuntur heredib. eorum, ſed collegio clericorum, aut ſi ſeparatim extra collegium bona illa poſſidebat, vti Epiſcopus, Parochus, & ſimiles, tunc eius ſucceſſori *c. relatum Extr. de teſtam. c. fin. de offic. ordin. in* 6. in capitula & alios, qui Epiſcopi aut alterius Prælati defuncti bona occupant, exſtat Bonifacii VIII. conſtitutio *in c. quia ſæpe* 42. *de elect. lib.* 6. *c. quoniam quidem* 75. *diſt. c. illud & c. ſeq.* 12. *q.* 2.

59 Qua-

53. Qualiter autem inter clerici defuncti hæredes, & ſucceſſorem diuidantur fructus beneficiorum Eccleſiaſticorum eius anni, quo clericus mortuus eſt, tractat Couarruuias *6. var. reſolut. cap.* 15. Annæas Robertus *lib. 3. rer. iudicat. cap. 3 per tot.* Koppen. *deciſ.* 30. *n.* 25. Ioachimus Stephanus *lib. 2. Inſt. Iur. Canon. cap. 13. num. 2. & num* 3. vbi diſſerit de anno gratiæ, qui in aliquibus Eccleſiis ex beneficio ſeu indulgentia Principum, viduis vel pupillis clerici defuncti in Parochiis competit.

54. Præterea res Eccleſiæ acquiruntur contractibus, quibus eadem Eccleſia res ſuas certis in caſibus & certis modis iuris alienat, locat vel oppignorat. Regulariter autem res Eccleſiæ, cum propriæ ipſius Eccleſiæ ſunt, alienari non poſſunt. *tot. tit. extr. in 6. & clement. de rebus Eccl. non alien. c. prædia. 6. c. nõ liceat & c. ſeq.* 12. *q.* 2. Idem ſtatutum eſt de rebus monaſterii *clement.* 1. *eod.* quæ itidem non poſſunt alienari, hoc eſt, non poſſunt donari, vendi, permutari, in emphyteuſin dari, hypothecari, locari. Ea namque & ſimilia appellatione alienationis nomine hic continentur *c. nulli.* 5. § *alienationis. ext. d. tit. d. c. non liceat, & d. clement.* 1. *c.* 1. *c. cum in officiis* 7, *cum* 7. *ſeqq. extr. de teſtam.* 6. *Epiſcopi. c. manifeſta c. ſint manifeſtæ* 12. *q.* 1.

55. Vnde ſi qua rei Eccleſiaſticæ alienatio fiat, ea ipſo iure non ſubſiſtit, adeoque per

ipſum alienantem , vel quemuis alium clericũ infringi & retractari poteſt. *c. ſi quis presbytero. 6.Ext. h. tit* Sane ſi neceſſitas Eccleſiæ alienationem ſuadeat *d. Clem. 1. c. 1. Ext. de pign.* vel ſi pauperes alendi, aut captiui ab hoſtibus redimendi ſint *c. aurum & ſeqq.* 12.*q.* 2. vel ſi Eccleſię expediat alienationem fieri, *d. Clem.* 1. *c. ſine exceptione.* 12. *q.* 2. illis caſibus res Eccleſiaſticæ ex permiſſione canonum recte alienantur.

56 Sic quoq; Eccleſiaſticorum ordinũ beneficiorum, aliarumq; rerum ſpiritualiũ nulla eſt emtio & venditio *c. cum in Eccleſ.* 9. *& paßim tit. Ext. de Simon. c. ex multis* 9 1 *.q.*1. Neceſſitatis tamẽ & vtilitatis gratia beneficiorum permutatio permiſſa eſt *c.* 2. *de permutat.*

57 Sub rebus incorporalibus continentur non tantum contractus Eccleſiaſtici *Nou.* 20. Sed etiam delicta & crimina, eorumq; pœnæ, vt enim obligationes ex contractibus, ita & ex delictis oriuntur, *inſt. tit. de oblig quæ ex delict. naſ.* Sunt autem delictorum ſiue criminum, quædam publica quædam priuata. Verum hæc diſtinctio magis eſt iuris ciuilis, vt videre eſt *in l. & l.* 2 *ff. de publ. iud.* iunct. *tit. ff. de priuat. deli.* Ex ſententia vero iuris Canonici, delicta hoc modo commode diſtinguuntur, quod aut principaliter offendunt diuinam maieſtatem, aut lęſionem ſiue damnum proximo adferunt. Prioris generis ſunt, Simonia, hęreſis, ſchiſma, Apoſta-

poſtaſia, blaſphemia, ſortilegium. Poſterioris generis ſunt, homicidium, adulterium, ſtuprũ, raptus, inceſtus, falſum, furtum, rapina, vſura, iniuria, damnũ dolo vel culpa datum, de quib. vti & eorum delictis breuiter videbimus.

58 Simonia eſt rei ſpiritualis, vel huic cohærentis, cum temporali permutatio. Quæ vero ſint res ſpirituales, & ſpiritualibus cohærentes, definitur *c. Eccleſiæ c totum c ſi quis c ſi obiecerit* 1.*q*. 3. Simonia variis modis vindicatur per canones, vt refert Nicolaus Papa *in c. ſtatuimus decretum* 7.*q*.7. Venator *lib*.5.*Annal. iuris Pontif. tit*.3. *quæſt. Qui effectus.*

59 Hęreſis eſt pertinax opinio alicuiꝰ diſcedentis ab Eccleſia, hoc eſt, ab Eccleſiæ Symbolis Apoſtolicis & Nicæna *c. hæreſis* 24.*q*.3. Schiſmatici ſunt qui ab vnitate & corpore Eccleſiæ tantum ſe ſeiungunt, ſalua tamen religione & articulis fidei *c. Schiſma* 24.*q*.1. In hæreticos & Schiſmaticos excommunicatio pro iure ſtatuta eſt, nec non etiam quoad hæreticos bonorum confiſcatio *c. ad abolendam* 9. *& c. ſeq. c. excommunicamus* 13.*&* 15.*Ext. de hæret.*

60 Apoſtaſia eſt abnegatio vel abiuratio fidei Chriſtianæ: Hæc punitur publicatione bonorum, non exſtantibus propinquis *l*. 1.2.*l*. 4. C.*de Apoſt.* vbi latius dixi.

61 Blaſphemi ſunt qui in Deum conuitiũ vel male-

maledictum euomunt *c.2.extr.de malect.* Hi ex præſcripto Iuris Canonici, ſolenni pœnitentia & pœna pecuniaria coercentur *d.c.2.*

Sortilegium eſt inquiſitio rerum furtiuarum per ſortes ſanctorum *c.1.c.2.extr.de ſortileg.* ſortilegis interdicitur communione Eccleſiæ, ſicut & Ariolis, Aruſpicibus, aliiſque incantatoribus *c.1.& paſſim 26.q.5.*

62. Homicidium voluntarium Iure Canonico, coercetur excommunicatione itemque depoſitione ab ordine quocunque ſi clericus ſit *c.itaque 24 quæſt.3. c. cum non ab homine 50. extr.de iudic.* Caſuale homicidium punitur irregularitate *c.8.c.12.extr.de homicid.* De parentibus apud quos infans in lecto repertus eſt mortuus, reſcriptum eſt ab Alexandro III. Vt ſi parentes non lateat, eum à ſe oppreſſum vel ſuffocatum eſſe, grauiter in hoc ſe deliquiſſe agnoſcant, & ad trium annorum pœnitentiam arbitrio imponentis ſubeant *c.fin.extr.de his qui filios occid.* & ibi gloſſ. cum in eo peccaſſe intelligantur parentes quod infantem in communem lectum recipiendo, periculo oppreſſionis vel ſuffocationis expoſuerint *c. conſuluiſti 2.q.5.*

63. Adulteri clerici deponuntur à iudice Eccleſiaſtico, niſi peracta pœnitentia cum iis diſpenſet Epiſcopus *c. cum non ab homine 10. iunct.c.at ſi clerici 4.§.fin.ext.de iud.* Qui ſtuprũ

virgini

virgini intulit, ille eandem dotare & eandem in vxorem ducere tenetur, niſi pater virginis nolit eam duci, qua ſpecie dotaſſe eam ſufficit: ſin ipſe ſtuprator nolit eam in vxorem recipere, tunc hic corporaliter caſtigatus, & excommunicatus in monaſterium ad agendum pœnitentiam detruditur *c.1.c 2.ext.de adult.*

64. Raptus eſt ſi honeſta virgo, vidua, vel etiam vxor alterius abducitur. Et quidem iure decretalium dummodo rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto conſtituta libere cum raptore contrahat, pœna Iuſtiniani quæ eſt *in l.vnica.C.de rapt.virg.* locum non habet *c.fin.ext. de raptorib.* & *c.pen.ext.eod.* alioqui quandiu in poteſtate raptoris eſt, nullum inter eos conſtituere poteſt matrimonium *d.c.fin.* Alias raptores etiam certis pœnis ſubiiciuntur *tot. tit. de raptorib.*

65. Inceſtuoſis Iure Canonum interdicitur fidelium communione, & matrimonio etiam cum alia *c.fin.35.q.8.c.quædam & aliquot ſeqq.32. q.7.cap.6.c.8.c.9. & cap.10.34.q.1.c.1.ext.de eo qui conſang.*

66. Falſum eſt nihil aliud quam veritatis mutatio *Nouell.73.* Quod fit aut dicto aut ſcripto, aut facto, aut vſu; de pœnis falſi late agit Petrus Gregorius *lib.4.partit.Iur.Can.tit.11.cap. 5.*ex *c.ad falſariorum ext.de falſ.c.pen.ext.eod.*

67. In furtis Canones ita diſtinguunt, aut furtum

furtum fit ob neceſſitatem: vt ſi fame, vel rerũ indigentia quis oppreſſus furetur cibaria, veſtem & pecus & trium hebdomadarum iniũgitur pœnitentia *c ſi quis extr.eod.* Aut nulla impellente neceſſitate, ſed fraudulenta intentione, fit furtum: tunc ſi furtum eſt occultum, & fur ſponte illud confiteatur, eo caſu tenetur ad reſtitutionem, & ad agendam pœnitentiam: Quod ſi furtum eſt manifeſtum, & accuſatus, confeſſus, vel furti reus legitime conuictus fuerit, eo caſu deponitur, & in monaſterium conicitur: vel ſi necdum corrigibilis ſit, ſeculari iudici legitima pœna puniendus traditur *c. at ſi clerici §.1.& c.cum non ab homine extr. de iudic.c.tuæ extr.de pœn.* Alia pœna furti traditur *in c.2.extr.eod.c.fures 13.q.2.*

68. Raptor ſi laicus ſit, extraordinaria pœna arbitrio iudicis punitur: Sin clericus, deponitur per Eccleſiaſticum iudicem *c. cum non ab homine 10.extr.*

69. Cæterum pœnæ, quæ à Canonibus, vel iudicibus Eccleſiaſticis frequentius infliguntur, ſunt excommunicatio, ſuſpenſio & interdictio, quæ cenſuræ Eccleſiaſticæ vocantur *c.quærentes 20.extr.de verb.ſignif.* Excommunicatio eſt à Sacramentorum & quandoq; hominum communione excluſio. *c.omnis Chriſtianus & c.ſequen.& c.qui vero 11.qu.3.* Vnde patet, duplicem eſſe excommunicationẽ, minorem

& maio-

& maiorem. Maior eſt quæ cõmunione Eccleſiæ, id eſt, fidelium ſubmouet *c. pen. extr. de ſent. excomm.* Minor duntaxat ſeparat à perceptione Sacramentorum *d. c. penul. de ſentent excomm.* Maior etiã dicitur Anathema, quod eſt æternæ mortis damnatio *cap. nemo dict. quæſt. n. 3.*

Interdictum Eccleſiaſticum nihil aliud eſt, quã prohibitio facta ob iuſtas cauſas pluribus perſonis & locis certis, ne adminiſtrent aliqua Sacraméta, aut celebrét diuina, aut exequantur alia ſpiritualia, interim & donec ſatisfecerint imperatis, *c. final. de ſentent. excommun. in 6.*

70. Suſpenſio eſt, qua perſonæ Eccleſiaſticæ interdicitur exercitium ſui officii vel beneficii, vel vtriuſq; ſimul in totũ, vel pro parte, ad certũ tépus, vel in perpetuũ *c. tuarum* 11. *extr. de priuil.* gl. *ad c.* 3. *verb. ſuſpenſi. clemen. de pœn.* Is autem qui aliqué actum officii ſui, à quo ſuſpenſus eſt, exercet; incurrit irregularitatem. Ea eſt, impedimentũ Canonũ, quo quis prohibetur ordiné Eccleſiaſticũ ſuſcipere, aut in ſuſcepto miniſtrare Couar. *ad c. ſi furioſus. in pr. in clem. de homicid.* Sic quoq; qui ſciéter in loco celebrat officiũ ſuppoſito interdicto, incurrit irregularitaté; niſi ſuper hoc priuilegiatus exiſtat, aut à iure ſit conceſſum eidem *c. 1. de ſent. excommun.*

71. Et hæc hactenus de duob. Iuris obiectis, videlicet *de perſonis & de rebus*. Proximum eſt, vt de tertio obiecto, quod eſt de iudiciis & actionibus conſequenter videamus.

Pars

Pars III.

1. IVdicium definitur, quod ſit legitima inter iudicem de re controuerſa diſceptatio Cu.*in parat.ff.& c.de iud.arg.c.forus.de verb. ſign.l.3.§.1.ibi diſceptationem ff.de recept.* Diuiditur iudicium ex perſona indicantium, in Eccleſiaſticum & Seculare, iudicium Eccleſiaſticum, de quo hoc loco, eſt, quod coram iudice Eccleſiaſtico agitatur de rebus Eccleſiaſticis, veluti de matrimonio, de beneficiis Eccleſiaſticis, de iure patronatus *c.2. c.3.extr.de iudic.* Non tamen quiuis Eccleſiaſticus iudex adeũdus eſt, ſed is duntaxat, in cuius territorio clericus qui conuenitur, vel domicilium fouet, vel contraxit, vel deliquit, vel vbi res, de qua controuertitur, ſita eſt *c.fin.c.poſtulaſti 14.ext.de foro comp.*

2. Iudicium itaque Eccleſiaſticum exercetur coram competenti iudice Eccleſiaſtico, inter perſonas Eccleſiaſticas, vel etiam inter laicos ſi cauſa eorum ad iudicem Eccleſiaſticum pertineat *c.decernimus.extr.de iudic.c.cauſam matrimonii extr.de offic.deleg.c.final.de foro compet.*

3. Actiones vero contra clericos vel laicos inſti-

inſtituuntur hodie legitimo proceſſu ſub forma libelli: Ex libello cognoſcitur quænam inſtituta ſit actio. Hæc introducitur formula condictionis & vindicationis, condictio ſeu actio perſonalis clerici contra clericum, ex cõtractibus Iurisgẽtium & ciuilis aliiſq; negotiis obligationem ſuam trahit. Vnde & ex iure ciuili illæ controuerſiæ dirimendæ ſunt. At quæ obligationes ex contractibus Canonũ oriuntur, eæ ex canonibus cognoſcẽdæ & finiendæ ſunt, adeoq; habent condictionem ex Canone, vt Iure ciuili cõdictiones ex lege. Sic clerico competit vindicatio aduerſus eum, qui rẽ ſuam Eccleſiæ poſſidet *l. ſancimus C. de SS. Eccl. c. cum venerabilis de except.*

4. Hinc eſt, quod beneficiario datur rei vendicatio aduerſus eum qui beneficium ipſum poſſidet & detinet. Nam etſi beneficiũ res ſacra ſpiritualiſque ſit, cuius dominum ſe dicere non poteſt beneficiarius, cum tantum ſit vſufructuarius *l. in rem ff. de rei vendic.* tamen quaſi dominus quidam habetur, & expreſſa cauſa non aliter ac filium ſuum pater vindicat. *l. 1. d. tit.* Specul. *tit. de appellat.* § *nouiſſime.*

5. Præterea quoque præter iudicium petitorium, & rei vendicationẽ, clericus beneficiorũ nomine vtitur interdictis poſſeſſoriis, in quibus duntaxat contenditur, de poſſeſſione ſiue adipiſcenda, ſiue retinenda, ſiue recuperanda

D §. 2.

§.2.*Inſt.de interd.* Et quidem in iudicio ſeculari prius poſſeſſorium determinandum eſt q̃ petitorium *l.3.C.de interd.l ſi de vi.ff de iud.* At ſecus eſt in foro Eccleſiaſtico, vbi vtrumq; ſimul tractari poteſt: & licet ꝓnuntiatione præmittẽda ſit poſſeſſio, in executione tamen debet proprietatis præualere. *c.cum dilectus. de cauſa propr. & poſſ.6.2.extr.de capell.Monach.*

6. In iudicium autem Eccleſiaſticũ non tantum ciuilia negotia, ſed & criminalia deducũtur. Deducuntur aũt delicta & crimina in iudiciũ criminale per accuſationẽ, inquiſitionẽ, & denuntiationem *c.qualiter 24.ext.de accuſ.c licet Heli 31.circ.pr.extr.de Simonia.* Addunt alii p exceptionẽ, & p notoria Pet.Greg.*li.5.partit. Iur. Can tit.9.c.1 n.6.* Sed minus recte, vt probat Caniſ.*in ſumma Iuris Can.lib.4. tit.19. §.1. in fin. & §.illius vero & §.ſequen.*

7. Accuſatio eſt criminis delatio apud iudicẽ publicæ vindictæ cauſæ *l.fin.C.de accuſ.* Clar. §.*fin.qu.12.n.1.* Quoad accuſationẽ Iuris ciuilis, nihil in Canonibus mutatum eſt. Ioachim. Steph.*lib.3.Inſtit Iur.Can.cap.4.num.5.*

8. Ne autem accuſatore non exſtante, delicta maneant impunita, cum grauiſſimo Reip. detrimento, receptum eſt, à iure, vt iudex ex officio ſuo poſſit innocẽtes inquirere, & prout quiſq; peccauerit, in eũ animaduertere: quod regulariter permiſſum eſt tam iure ciuili *Nou.1.*

28.cap.

28.c.1.l.1.in pr.C.de cuſtod.reor.l.10.C.de Epiſcop.& cler.l.1.§.12.de offic.præf.vrbi 13.in pr.de offic.præſ.l.6.de cuſtod.re. quam Iure Canon. *d.c.qualiter & quando. de accuſat. & inſcript.*

9. Inquirit magiſtratus vel generaliter vel ſpecialiter: vnde duplex conſtituitur inquiſitio generalis & ſpecialis. Licet veritate inſpecta ſpecialis ſit proprie inquiſitio, vt cum quæritur, An Titius interfecerit Caium. Ioachim.Stephan.*lib.3.Inſt.Iur.Can,cap.4.n 8.& 9.*

10. Ad inquiſitionem autem non deſcendet iudex, niſi publica fama eum permoueat ad inquirendum contra eum, qui reus eſſe dicitur *c.cum oportet 19.c. inquiſitionis 21.§.tertiæ c.qualiter 24.extr.eod.* ne temere in aliquem cum periculo exiſtimationis ſuæ graſſetur *arg.l.prætor.7.in pr.ff.de iniur.& c.2.extr de offic. iud.* Quin amplius illa fama ex viris probis, cõſtãtibus, morũ grauitate præditis, non ex maleuolis, inimicis, ebrioſis, aliave ratione ſuſpectis oriri debet *d.c.inquiſit.§.1.d.c.qualiter c. cũ oporteat. de accuſ.* Porro in ſpeciali inquiſitione, reo edendi ſunt articuli, de quibus inquirendus eſt, item nomina & dicta teſtium, nec nõ exceptiones, & replicationes illi permittendæ *d.c.qualiter.§. debet igitur.* Cothm. *reſp.7.& reſp.12.*

11. Quod ad denunciationẽ attinet, ea definitur, ꝙ ſit criminis alicuius apud ſupiorem facta delatio. Denũciatio eſt triplex, Ciuilis, Canonica,

nonica,& Euangelica. Ciuilis q̃ à Iure ciuili introducta eſt, veluti, q̃ fit per miniſtrũ publicũ ad hoc cõſtitutũ, vt delicta admiſſa renunciet magiſtratui, eorumq; authores ꝓdat, in quos deinde inquiſitio fit. *l. ea quidem* 7. iunct. *l. ſinguli C. de accuſat.*

12. Denunciatio Canonica eſt, q̃ à Canonib. prodita eſt, contra ꝑlatos Eccleſiarũ & monaſteriorũ, quas ſubditi clerici vel monachi delinquẽtes, ſi monitioni nõ acquieuerint, deferre poſſunt ad ſuperiorẽ *c. 2. c. 3. cum dilect. 20. ext. eod.* cum eorum interſit, habere bonum prælatum *arg. c. audacter 8. quæſt. 1.*

13. Denuntiatio Euãgelica eſt, q̃ procedit ex Euãgelio, in quo ipſa forma procedẽdi deſcripta eſt *c. ſi peccauerit 2. qu. 1.* Vt nimirũ delinquẽs primum priuatim corripiatur, deinde ſi correptioni non paruerit, iterũ moneatur, adhibito vno vel duobus teſtibus, demum, ſi contumax perſtiterit, denuncietur Eccleſiæ *Matth. c. 18. d. c. ſi peccauerit c. licet extr. de Simon.* Eius exemplum exſtat *in cap. nouit. extr. de iudiciis.*

14. Reo legitime cõuicto, ſentẽtia ſine mora in eum ferenda, & executioni mandanda eſt, *l. cum reus 18. c. de pœn.* Quod ſi vero rea ſit mulier prægnans, ſuſpenditur pœna, quoad peperit; cum nec quæſtio, quandiu prægnans eſt, de ea haberi poſſit *l. prægnantis. de pœn.*

FINIS.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google